ſtante clarum eſt ei magis credendum eſſe quã
alteri ſimpliciter deponenti de facto alieno ,
ut uoluit Inn. in c. inquiſitioni , de accuſ. Butri.
in c. cum cauſam , de prob. Caſt. conſi. 186. in
cauſa, quæ vertitur Piſis. col. 3. uol primo, Areti.
conſ. 71. col. 2. verſic. ſecundò cõuincitur, Cur.
20 conſi. 73. nu. 30. conſ. 178. nu. 7. & abundè Be-
nnitend. deciſ. 67. † ubi poſt relatos hinc inde
qui dicunt tali teſti fidem adhibendam eſſe vel
non, concludit, quòd ſi non tractatur de aliquo
intereſſe ipſius teſtis, nec aliqua qualitas in eo
concurrat, quæ diminuat eius fidem, magis ei
creditur, & eius probatio potentior fiet. Vnde
ſi regulariter vnus teſtis de facto alieno facit ſe
miplenã probationẽ , & huic de facto proprio
magis, quàm illi credit̃, ſequit̃ eũ pluſquàm ſe-
21 miplenè probaſſe. † Vltra ꝙ cõcurrũt alii duo
teſtes memorati , qui dato , ꝙ non eſſent om-
nino integri, negari tamen nõ põt, quin iunctis
cũ eo, pluſquàm ſemiplena probatio inducatur
vt exemplificãt doctores, qui de hac pluſquàm
ſemiplena probatione loquuntur, nã dant exẽ-
plum in eo, qui haberet duos teſtes , quorum
vnus nõ eſſet omnino integer , vt tradit Abba.
in c. mulieri, col. pen. nu. 6. ad finem de iure iur.
& Iaſ. in d. lege admonendi. nu. 281. & nos ne-
dum duos ſed tres teſtes habemus , ſicq́ue ſu-
mus in fortioribus terminis quàm doctores lo
quantur. Hæc tamen ex abundanti ſint dicta,
quia verè hi teſtes plenè probant intentio-
nem huius dominæ ita, vt abſque refugio iura-
men. reus poſsit condemnari.

Nec vlla difficultas fieri debet ſuper tertio
teſte, dum dicit quòd D. Nicola primus mari-
tus huius Dominę tẽpore ſuæ vitę poſſedit res,
& bona mobilia , & immobilia , deſcriptas , &
deſcripta in liſta & in inuẽtario pro ſuis, & tan-
quam ſua, & tamen in dicto inuentario non ad
ſunt bona immobilia , vt Do. Iudex aduertit,
ꝙ iſte teſtis hallucinetur , & in fide deficiat , q̃a
debet animaduerti , quòd rectè dictum proce-
dit reddendo ſingula ſingulis, videlicet mobi-
lia in inuentario ; immobilia verò liſtæ , prout
vtrunque reperitur in proceſſu poſt capitula.
ad quę teſtis ſe remittit. Voluit ergo dicere ,
quòd Nicola poſſedit bona mobilia, de quibus
in inuentario, & immobilia de quibus in liſta,
22 & ſic reddendo ſingula ſingulis † hæc interpre
tatio fieri dẽt, cum dicta teſtium ſint adiuuãda
nõ calumnianda, ut not. Bal. in l. de quibus. col.
fi. ff. de legib. Ang. in l. ex militari . in fi. ff. de
teſt. mil. Dec. conſi. 109. nu. 2. tantoq́ue magis
quia idem teſtis ſtatim poſt in reddendo ratio-
nem ſui dicti, dicit, quòd vidit omnia, & ſingu-
la bona deſcripta in inuentario , fore & eſſe in
domo Nicolę, & ipſa præmanibus habuit, & ſic
loquendo de inuentario ſeparatim ei tantùm
mobilia attribuit non etiam immobilia, ex qui
bus ſequentibus præcedentia declarantur, l. ſi
ſeruus plurium, in fin. ff. de leg. primò, vnde pa-
tet eum bene locutum , & fidem facere tanquã
bene de his inſtructum.

Quò verò ad domum venditã per Do. Caro-
lum, cuius pretium petit hæc Domina , adſunt
duo teſtes de ipſa deponentes, quòd in ea Ni-
cola ſtabat, & habitabat pro ſua, & tanquã ſua ,
quodq́ue erat poſita ſuper via Zodechæ cũ hor
to ante poſito, hæc autem domus reperitur po-
ſita per hanc Dominam hæredem ex teſtamẽto
Do. Nicolę in liſta per eam facta iuxta confines
ibi deſcriptos, inter quos fit mentio de. D. Gu-
rone Eſtenſe & Do. Nicoloſa Marineta, qui pa
riter in inſtr. uenditionis reperiuntur expreſsi
23 † quo ſtante dicitur identitas probata , vt per
Bar. in l. demonſt. conſi. 7. ff. de cond. & demõ.
Alex. conſ. 133. col. 3. ad fi. vol. primo, Crau. cõſ.
198. col. prima in fi. Hiero. de Monte in tract.
fin. regundorũ. cap. 87. ubi latius proſequitur,
vt per eũ , meritò ſequitur , quòd ius Nicolę in
hac domo translatũ fuit in hanc Dominã eius
hęredẽ tã de iure cõi, quàm ex forma ſtatuti no
ſtri, ꝙ poſſ. defuc. Et ob id aduerſarius hæres.
24 Do. Caroli tenetur ad eius pretiũ † qđ ſuccedit
loco rei, poſtquàm ſumus in uniuerſalibus, ui-
delicet , ꝙ iſta domus eſt de hæreditate Nicolę
iux. doct. Bar. in l. ſi rem & pretiũ. ff. de pet. hęr.
vltra quod ſtante venditione facta uſque de an
no 1542. & cridis factis per emptorem intra an
num, & ſic pręſcriptione iux. formam ſtatuti. de
pręſ. anni , ex quo amplius hæc domus præſta-
ri non poteſt per aduerſarium huic Dominæ
25 † debet in ſubſidium pretium loco rei ſucce-
dere, poſito quòd eſſemus in particularibus, ut
dicit Bal. in l. mater tua, col. prima in fi. C. de
rei vind. Alex. in l. ſi eũ ſeruum, in fine. ff. ſi. cer.
pet. deciſ. Neapoli. 369. col. 2. nu. 4.
26 † Et vt omnis difficultas tollatur , ſi dicere-
tur, teſtes deponentes, ꝙ Nicola tempore vitæ
ſuæ tenuit & poſſedit d. domum pro ſua , & tã-
quam ſuam, in ea ſtando & habitando , non ꝓ
bare dominum vel aliquem titulum Nicolæ
in ea, vt tradit Bar. poſt gloſ. in l. prima. ff. pro
ſuo. Alex. & Iaſ. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hęr.
27 & Alex. conſ. 89. col. 1 uol. 5. † reſpondetur
ſaltẽ ex illis eſſe probatum, ꝙ Nicola nõ poſſi-
debat pro alieno ſeu alterius nomine , ut con-
ductor uel ſimilis, ut concludit idem Bar. in d.
l. prima in fi. quod ius cum in hanc Dominam
ſit translatum, tum ex d. ſtatuto, quòd poſſeſ. de
fun. cum etiam ex eius aditione, non debuit eo
iure per eius venditionem priuari , quominùs
28 ſaltem ad pretium agere poſſit , † aliàs eſſet
dicere, ꝙ Do. Carolus , & ſucceſsiuè aduerſa-
rius eius hæres deberent locupletari cũ aliena
iactura, quod eſſe non debet. l. nam hoc natu-
ra. ff. de cond. indeb. ex quib. iam patet, intẽtio
nem huius Dominæ quò ad petita per eam fuiſ
ſe & eſſe de iure ſatis fundatam

Venio nunc ſequenti loco ad recõuentionem
partis aduerſæ, ſuper qua breuiter dico, eã ob-
tinere non poſſe, cum minimè ſuper deductis
29 in ea ſit fundata eius intentio, † teſtes enim in

ducti



29 ductis in ea ſit fundata eius intentio , † teſtes
enim inducti & examinati deponunt de ſolu-
tionibus diuerſi temporis & loci, quæ reddunt
eos ſingulares. Bal. conſi. 39. proponitur quòd
celebratus. col. 2. uol. 3. Caſtr. conſ. 137. & cõſ.
155. ad fi. vol. 2. Anch. conſ. 64. col. ſecunda &
30 conſ. 147. col. prima, Crau. conſ. 9. nu. 17. † quo
fit, ut non probent : quoniam in eodem actu
non ſunt conteſtes, & in eis non eſt dare nume
rum, & ideo minus probant quàm unus, vt tra-
dit Bal. in l. ut iuriſiurandi. col. 3 . C. de iureiur.
31 † Hincq́ue ſequitur iuramento in defectum ꝓ
bationis locum eſſe non poſſe , quia vnus de-
bilitat dictum alterius, ut tradit Bal. in l. de qui
bus, col. antepen. ff. de legib. ſequitur Decius
conſ. 463. nu. 11. conſ. 534. nu. 12. in c. licet cau
ſam. nu. 16. de prob. Soc. in fallentiis ſuis, Regu
32 la. 204. fallentia 67. † hinc eleganter dicit Bal.
conſ. 406. in cauſa Vincentii. uol. 1. quòd ubi
eſt ſingularitas, ibi eſt uarietas & unitas, q̃a qui
libet teſtis eſt ſolus , & contra ius diuinum, &
humanum eſt, quòd credatur dicto unius tan-
tùm, utque tradit idem Bald. conſ. 25. punctus
33 infraſcripti, col. 1. in fi. uol. 3. † ſingularitas te-
ſtiũ diuidit & lacerat teſtimonia; quia diuiſum
laceratum eſt , ideo teſtes ſingulares tanquam
diuiſi & lacerati non probant , ſequitur Crau.
conſ. 41. nu. 7. tantoq́ue magis hoc eſt dicendũ
34 quoniã eadem ſolutio nõ eſt reiterabilis. † vn-
de cum tempus & locus ſint de ſubſtantia, vtiq́;
diuerſitas temporis & loci inficit dicta teſtiũ.
Rom. conſ. 30. Corn. conſ. 247. col. 8. uol. 2. D.
meus Rim. cõſ. 385. nu. 32. Crau. cõſ. 78. nu. 3.
ſed vltra concurrit, ꝙ interogati de cuius pecu
niis Do. Carolus fecerit dictas ſolutiones , reſ-
pondent ſe neſcire, ergo non probant, quòd de
35 pecuniis dicti. D. Caroli ſolutum fuerit; † quia
teſtis interogatus de cauſa ſcientiæ eã non red
dens non probat. l. teſtium , cum ibi not. C. de
36 teſt. Cur. Iun. conſ. 186. nu. 14. † tantoque ma-
gis quia teſtis etiam non interogatus reddere
debet rationem, ubi deponit circa ea, quæ ſunt
perceptibilia duntaxat intellectu , vt per Bart.
& Bal. in l. ſolam. C. de teſt. Alex. in addit. ad
Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de queſt.
conſ. 24. col. 1. & cõſ. 57. col. 3. uol. 7. Dec. cõſ.
37. col. 5. Rol. à Val. conſ. 3. nu. 52. vol. 1. prout
eſt, quòd pecuniæ ſolutæ ꝑ Do. Carolũ eſſent
ſuæ, & ſic in eius dominio , quod eſt iuris &
37 intellectu percipitur † Vnde licet non interro
gatus teſtis reddere debet cauſam ſcientiæ di-
cti ſui, prout ſignanter tenet Inno. in c. cũ cau-
ſam. de teſt. Speculator in §. nunc tractandũ. eo.
titulo. & Bar. in trac. de teſt. nu. 5. & Nellus de
S. Gemi. in eo. trac. nu. 134. & ultra prædicta in
particulari quò ad illam Chaterinam aduerti
debet, quòd ex ea fundamentum fieri non po-
teſt, nec plenè nec ſimiplenè ſic, vt dicto iura-
38 mento locus eſſe poſsit, † quoniam ad hoc
ut unus teſtis ſemiplenam faciat probationem
requirit̃, quòd teſtis ſit omni exeptione maior.
tuncque talis reputatur , quãdo ei nulla macula
impingi poteſt, gloſ. in §. item verborum. inſt.
39 de inut. ſtip. Dec. cõſi. 163. col. 5. in princ. † Vn
de ſi teſtis productus eſſet alicuius conditionis,
propter quam fides eius uacillaret, tunc non fa
cit ſemiplenã probationem, nec inducit iudicẽ
ad opinionẽ, ſed ad ſuſpicionem, ita magiſtrali
ter dixit Bar. in l. admonendi. col. 8. ff. de iure
iur. quem ſequitur Ange. Bal. Sal. Alex. & om-
nes alii, prout refert Iaſ. in repet. ſua num. 178.
idemque tenet Alex. conſ. 32. uol. primo, Dec.
conſ. 105. col. 3. ad fi. Do. meus Rimi. cõſ. 368.
40 cum ſimil. quæ nota ſunt , † quinimmò debet
articulari & probari , quòd talis teſtis ſit omni
exceptione maior, aliàs producẽs ſuccumbere
debet, ſecundùm Bar. & Ang. in l. 1. §. ſi quis ne
get. ff. quemad. teſt. aper. cum infinitis aliis cu-
mulatis per dominum meum Vber. in l. fin. C.
de edic. diui Adr. toll. nu. 83. verſus finẽ, quod
& latè firmat Soci. Iun. conſ. 39. num. 62. uol. 2.
Alci. in tract. de pręſump. in 3. regula. præſum.
ſecunda, nu. 9. Do. meus Rimi. conſ. 17. nu. 16.
hanc autem Catherinam vltra , quòd non eſt
probatũ eſſe omni exceptione maiorem, clarè
conſtat non eſſe talem , immo plures defectus
41 pati. † Primò, quòd ſtat & habitat in domo par-
tis aduerſæ, & comedit ad eius panem & vinũ,
quo ſtante non probat , & repellitur l. 2. & ibi
Bald. Sal. & omnes. C. de teſt. c. in literis. eod.
tit. l. præſenti. §. fi. C. de his qui ad eccl. confug.
Specul. in titulo de teſte. §. 1. uerſic. item, quòd
eſt domeſticus. Natta conſil. 315. numero 8. &
42 conſi. 354. nu. 4. † Secundò, quòd verba alterca
toria , iniurioſa & minatoria inter eas inter-
uenerunt , quibus contracta dicitur inimicitia
capitalis, vt voluit Bal. in c. ueniẽs, in fi. de iure
iur. quem ſequitur Iaſ. in l. procurator. C. de
43 procur. in fin. † vbi dicit, hoc eſſe notandum :
quia quilibet diceret contrarium , & cum eo
tranſit Marſ. conſi. 2. nu. 12. & conſi. 20. nu. 28.
Rol. à Val. conſi. 24. nu. 38. concludens ex hoc,
44 teſtem talem repelli. † Tertiò, quòd non fuit
confeſſa peccata ſua , nec ſacramentum altaris
ſuſcepit, quo fit ut exiſtens in peccato mortali
nõ probet, nec admittatur , ut notat Spe. in tit.
de teſte. §. 1. uer. itẽ excipitur, Alex. in l. 3. §. lege
Iulia. ff. de teſt. in addi. ad Bar. Lanfr. in c. quo-
niam contra. uer. teſtium , de prob. Emilianus
conciuis meus conſ. 76. nu. 3. ergo iã patet iu-
ramento neceſſariò locum eſſe non poſſe.
45 † Nec quicquam facit, quòd de rebus in do-
mo exiſtẽtibus deponat , ſicq́ue caſu quo veri-
tas aliter probari non poſsit, quo caſu aliàs in-
habiles tolerantur , iux. not. in l. conſenſu. C.
46 de repud. in c. 3. loco. de prob. † quia ultra de
clarationem Butrii, Fely. & Dec. ibi, Gramma.
conſ. 59. nu. 12. Pariſ. cõſ. 55. col. pen. in fi. uol.
4. Soc. Iun. conſ. 61. nu. 17. uol. 2. quòd illa re
gula procedit , vbi actu , & habitu veriſimili-
ter alii teſtes haberi non poſſunt , in quo caſu
non ſumus; quia alii teſtes potuerunt in domo

conuerſari

conuerſari, per quos de dictis rebus probaret.
47 † dicò, quòd illa regula nō procedit, vbi teſtes
patiuntur plures deffectus, vt contingit in iſta
Catherina, quos ſupra deduxi, ita tradit elegan
ter Barb. conſi. 54. col. 9. vol. 1. conſil. 65. col. 4.
vol. 4. Mar. conſi. 102. col. fi. Gramma. conſi. 45.
nu. 23. Cepha. conſi. 65. num. 28. Rolan. à Valle
conſi. 3. nu. 51. vol. 1. qui præceptorem meum ci
tat conſi. 99. num. 26. & me quoque conſi. 106.
num. 18. lib. primo, criminalium diuerſorum.

Reliquum eſt igitur, quòd principalis mea à
petitis per aduerſariū abſoluatur, illi verò ſibi
condemnetur; quia ille non probauit, & ipſa
benè probauit.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro Reuerendo D. Agamemnone Paſqualetto.

### ARGVMENTVM.

De ſententia habente vim diffinitiuæ, & de lata ad conſilium peritorum quando ſit reuocabilis, pulcrè ponit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sententia determinans negocium principale, vel eius partem ſubſtantialem dicitur habere vim diffinitiuæ, & ideo reuocari non poteſt.* 2
3 *Periti quando fuerunt concordes, pars altera non poteſt petere reuideri, quod procedit in electis à partibus, ſecus ſi à Iudice.* 19.
4 *Sententia lata ad relationem medici imperiti retractatur Iudicio peritiorum,*
*Perinde ac ſi lata fuiſſet per falſas atteſtationes; & eſt communis concluſio.* 5.
*A qua in Iudicando, & cōſulendo nō eſt retenēdū.* 6.
7 *Sententia lata ſecundùm conſilium Sapientis nunquàm tranſit in rem iudicatam.*
*Si conſilium peritioris proferatur, quæ ſententia communis eſt.* 8.
*Et cordi perpetuò tenenda.* 9.
10 *Sententia lata ſuper ætate ex aſpectu non tranſit in rem iudicatam.*
11 *Sententia mercatorum nō tranſit in rem iudicatā.*
*Et idem de ſententia æxtimatorum, quæ opinio communis eſt.* 12.
13 *Sententia lata ex probationibus priuilegiatis non tranſit in rem iud.*
14 *Hippolytus Bonaccoſsius nominatur.*
15 *Probationes peritorum dicuntur priuilegiatæ, ideſt non ordinariæ.*
16 *Periti non dicuntur propriè teſtes, ſed vt iudices*
*Nec in eis timor ſubornationis attenditur.* 17.
*Et alii recipi poſſunt publicata eorum relatione.* 18.
*Si per Iudicem fuerint electi, ſecus ſi à partibus.* 19.
*Et idē in eis ſi nihil imputari poſſet, cur peritiores non elegerint.* 20.
21 *Peritorum relationem ſecundam iudex debet admittere infinitatis gratia vitandæ.*
*Niſi ſecundi diſſentiāt à primis omnes enim ſummæ cumulari debent, & tres partes fieri, quarū vna ſummi debet, vt per Salycetum.* 22.
*Quem licet Alcia. taxet.* 23.
*Et Petrus Gerardi de petra Sācta de illo dubitet.* 24
*Auctor tamen eum defendit.*
24 *Intellectus legis ſi decem. ff. loca.*
25 *In ſummis ſubintelligitur taxatiua.*
26 *Iudices in eligendis æxtimatoribus non taxant eis certam ſummam.*
27 *Intellectus legis diē proferre §. ſi plures. ff. de arbitr.*
28 *Sententia habens vim diffinitiuæ reuocari non poteſt, fallit in lata ad relationem peritorum.*
*Et quando expectat aliam diffinitiuam poſt ſe.* 29.
*Cuius exemplum datur.* 30.

## CONSILIVM CCXII.

*Auxilium meum à Domino.*

CONTRA Reuerendum D. Aga-
memnonem Paſqualetum dubi-
tatur per Reuerendum D. Vica-
rium, quòd ex eo, quòd relatio
ſuper menſuratione & ęxtima-
tione domus, de qua agitur, reperitur facta per
ambos peritos concorditer, lataque eſt ſenten-
tia ſuper eius validitate, quæ ex facie proceſſus
tranſiuit in rem iudicatam, vtique nō amplius
poſsit reuocari: maximè quia videtur habere
vim diffinitiuæ talis ſententia, cum diffiniat ne
gotium, de quo agitur, videlicet, quòd Reue-
rendus D. Agamęmnon teneatur ſoluere reſi-
duum prętii ęxtimationis prædictæ domus de-
tractis detrahendis iuxta prædictā relationem,
& oblationem ipſius Reuerendi D. Agamem-
1 nonis, in proceſſu factam † quo caſu ſententia
ſic determinans negotium, vel eius partem ſub
ſtantialem dicitur habere vim diffinitiuę, & ad
eius inſtar redigitur, vt tradit Bald. in l. prima,
col. 5. verſic. denuo quęro. C. quando prouo.
ſequiť Alex. in rubrica ff. de re iud. in fin. Imol.
in l. ſi finita. §. non autem, col. 2. ff. de dam. infe.
Aret. conſ. 20. col. prima, Iaſ. in dicta rubr. poſt
prin. Butr. conſ. 6. nu. 4. Fely. in rubr. de re iud.
col. 3. in prin. Specul. aureum in tertia parte 6.
partis prin. q. prima, in fin. nume. 44. Ripa in l.
quod iuſsit. nu. 27. ff. de re iudicata, quicquid
idē Ripa in dicta rubr. nu. 15. & Corn. cōſ. 262.
col. tertia, & 4. vol. 4. aliter, & malè ſenſerint;
2 cū pręcedens opi. ſit frequētior. † Vnde ſequiť,
ꝙ ſi tali caſu ſententia dicitur habere vim diffi-
nitiuæ, reuocari non pōt, vt notat Alex. in dicta
l. qđ iuſsit. nu. 17. uerſ. 4. fallit Butr. Abb. Imol.
& Peruſ. in c. cum ceſſante col. 4. de appel. meri
tò reſciſsio petita dictæ agrimenſurationis do-
mus pro parte Reuerendi D. Agamemnonis lo
3 cum habere non dēt, cum ſic dicta ſententia re
uocaretur, quod fieri non pōt † tantoq; magis
quia Reuerendus D. Vicarius dicit in iure non
uidere, ꝙ quando periti fuerunt concordes in
referendo, pars altera poſsit petere, reuideri
relationem eorum, immo dēt eos admittere, &
eorum relationem, vt not. Fely. in c. propoſuiſti.
col. fi. verſi. primo, dummodo Iudex, de probat.
4 † Iſtis tamen non obſtantibus ęquiſsima mihi
videtur eſſe petitio Reuerendi D. Agamem-
nonis, & ad eius petita deueniri debet, moueor
ex deciſione Bald. in l. ſi ab hoſtibus. §. fin. & ibi
ſequitur Alex. poſt alios. ff. ſolut. mat. nume. 10.
vbi dicit, quòd ſi Medicus imperitus teſtifica-
tur, & Iudex ſecundùm eius teſtimonium, ac
relationem fert ſententiam à qua non fuerit
appellatum, & poſtea peritorum Medicorum
iudicio apparet contrarium, reuocabitur di-
cta ſententia, perinde ac ſi lata eſſet per falſas
atteſtationes, l. diuus. ff. de re iud. l. ſecunda, C.
ſi ex fal. inſtrum. & idem tenet Ioan. And. (licet
Bald. non citet) in titulo de homi. §. 1. in addi.
Spec. verſ. noſcuntur, poſt Gui. de Suza. Roma.
in l. admonendi, nume. 36. ff. de iureiu. Floria.
in l. ſi dominus ſeruum. cum l. ſequenti. ff. ad le
gem aquil. Angel. in l. quod ſi nolit. §. ſi manci-
5 pium. ff. de ędil. edi. Butrius Imol. & Fely. † qui
plures alios cumulat, & dicit eſſe communem,
in dicto capitulo propoſuiſti. num. 10. verſic. 4.
concluſio, quod etiam Decius teſtatur, licet in
puncto iuris teneat opinionem Abbatis con-
6 trariam, ſed in conſil. 278. in fin. † dicit à ſu-
periori opin. velut communi in iudicando &
conſulendo non eſſe recedendum: eandemque
opin. tenet & dicit eſſe communem Fely. in c.
ſignificaſti. col. 3. de homici. ſequitur Franciſ-
cus Marci quæſtio. 646. num. 9. in prima parte.
Natta conſil. 444. nume. 6. 7. Ruin. conſil. 34.
7 col. 1. vol. 5. † ſimile videmus in ſententia ſe-
cundùm conſiliū ſapientis, quę nūquàm tranſit
in rem iudicatā, ſi conſiliū diuerſum peritioris
proferatur, vt voluit Butr. in d. c. propoſuiſti.
Rom. in l. cum quidā. §. quod dicitur. ff. de acq.
hær. & conſi. 228. ad fin. & in addi. ad eum Man
8 doſius allegās plures, † & cōem affirmans, vt
per eū, Alex. in l. ſi ab hoſtibus. col. 4. ff. ſol. mat.
vbi reputat hoc dictum ſingulariſsimum. Iaſ. in
9 dicta l. admonendi. nu. 40. † vbi dicit cordi
perpetuò tenendum: quia tota die apud nos
ſeruatur, & feruntˊ ſententiæ ſecūdùm cōſilium
Sapientis, idque ſæpe ſtatuta diſponūt, & cum
prædictis ēt concordat Natta conſi. 444. nu. 7.
10 dicens ſimpliciter, † ſententiam latam ſuper
ętate ex aſpectu nō tranſire in rem iudicatam:
quia non lata fuit ex veris probationibus, ideo
eis ſuperuenientibus quandocunque poterit
retractari, ſecundùm But. in c. fraternitatis. de
frig. & malef. & in capitulo ſignificantibus. de
11 purga. vulga. † idem quoque videmus in voto
ſeu ſentētia mercatorū, vt tradit deciſ. Neapo.
33. nu. 5. & in terminis in ſententia lata ab ęſti-
matoribus domus in arte peritis. Idem con-
cludit abundè Ioā. de Amicis conſ. 202. col. 2.
12 † vbi dicit, ex prædictis hanc eſſe magis com-
munem opi. talemque ſentētiā poſſe retractari
ad peritiorum iudiciū, comprobaturq; iſta cō
13 cluſio, vt dicit Dec. in dicto. c. propoſuiſti † ex
deciſione generali, quæ habet, ꝙ ſententia lata
ex probationibus priuilegiatis nunquàm tran
ſit in rem iudicatā, ſed ſemper veritas pōt per-
ſcrutari, vt tradit Innoc. in c. tua nos. verſic. ſed
quod eſt mirabile. de cohab. cler. & mul. ſequiť
Ange. in l. ſub ſpecie. C. de re iud. in l. diuus. ff.
de teſt. mil. Abb. in c. ex tuarū. circa finem. de
purg. cano. cum ſimil. vt per Doctores in locis
præallegatis, & abundè per Iaſ. in repe. l. admo
14 nēdi. nu. 38. ff. de iureiur. † Bonacoſsius meus
cōciuis & egregius Doctor in ſuis quęſtionib.
criminalibus in verbo ſentētia poſt alios quos
15 allegat, Natta in d. conſ. 444. num. 6. † & iſtud
ꝓpriè contingit in iſtis peritis, quorū ꝓbatio-
nes dicūtur priuilegiatæ, ideſt non ordinariæ,
16 ſed contra regulas iuris. Quod patet: † quia ta
les qui atteſtantur de peritia non ſunt propriè
teſtes, ſed potius vt iudices dicunť, vt not. Bar.
in trac. teſtiū. col. 5. uerſ. teſtis dicit aliqua, Io.
de Anna. in d. c. ſignificaſti. & ideo iura, quæ lo
quuntur de teſtibus, non videntur habere locū
17 in iſtis peritis. † Vnde timor ſubornationis, qui
cōſideratur in teſtibus in talibus peritis nō at-
tenditur, vt tradit Io. de Anna. ibi, Bal. & Dec.
in dicto c. propoſuiſti. col. fi. Quibus ſic ſtātibus
ſequitur, ꝙ ſi ſententia lata ſecūdùm relationē
peritorū reuocari pōt reperto cōtrario ex peri
18 tiorum iudicio, † vtique licet relatio peritorū
ſit publicata, ꝓut in caſu noſtro cōtingit, nihilo
minus adhuc alii periti recipi poſſunt tam ad
petitionē partis quàm ex mero iudicis officio,
ſicque in terminis decidit Bal. in c. cām, & poſt
eum Fely. col. 1. de probatio. meritò iuſta eſt
petitio Reuerendi D. Agamemnonis petentis
dictam mēſurationem reuideri per peritiores,
& potiſsimè, quòd periti pręcdicti fuerūt electi
19 per Iudicem, † non autem per partes: tunc
enim ſententia eorum tranſiret in rem iudica-
tā, nec per peritiores poſſet retractari, veluti,
ꝙ eſſet quid partibus imputandum, vt tenet
Iaſ. in d. l. admonendi. nu. 34. dicēs, ꝙ eſt limi-
tatio ſua noua, quem ſequitur ibidem Purpu.
nu. 46. Speculū aureum in primo actu 3. partis
ſextę partis princip. nu. 131. & Niconitius in l.
qui Romæ. §. duo fratres. nu. 105. ff. de uer. obl.
20 † quamquam ſi daretur caſus, ꝙ partibus nihil
īputari poſſet, cur peritiores nō adhibuiſſent,
adhuc idem dicendum foret, vt ad iudicium
peritiorum deueniri poſſet, & ex his ſententia
retractari per primos lata licet à partibus ele-
ctos, vt ſentit Abb. in c. cām matrimonii. col. 2.
21 de prob. † benè verum eſt, ꝙ cū erit facta noua
relatio per ſecundos peritos, Reuerendus Do.
Vicarius indifferēter debebit eos, relationēq;
ſuam admittere: quia officiū iudicis eſt infini-
tatē reſecare. c. cum in multis. de reſcr. in 6. Et
hoc eſt quod elegāter dicit Fely. in d. cap. pro-
poſuiſti. col. fi. ver. 1. dummodo Iudex, qui alle
gatur in dubiis ad aliud propoſitum, de quo
ſupra, quod nō dicit, ſed iſtud, quod mox dixi.
Hippol. Rimi. T. Secundus. Nn licet

22 †licet ſecus eſſet ſi nec inter ſe nec cum primis
conuenirent: tunc enim recurrendum eſſet ad
doctrinã Salyceti in l. hac edictali.§. his illud.
C. de ſecun.nup.col.2. quẽ ſequitur Catellia.
Cotta lib. memorialium, verſi. æſtimatores. qui
voluit, oẽs æſtimationes ſimul vniri, & eas ſic
coaceruatas in tres partes æquales diuidi, &
23 vnam earum cenſeri iuſtam æſtimationem,†&
licet eum reprenhendat Alcia. in l.1.§. ſi ſtipu-
lanti.nu.26. ff. de verb. obl. motus argumento
tex. in l. ſi decẽ. ff. locat. vbi videmus, ꝙ ſi tibi
loco fundum pro decem, tu verò exiſtimes pro
quinq; conducere, nihil agitur: quia lædor, &
fit diſproportio numeri ad æſtimationem rei,
vt dicit Bal. ad illum tex. in rubr. de arbit. circa
finem: reſultat enim, vt ſubdit Alci. eadem diſ-
proportio attenta opi. Saly. meritò illa nõ dẽt
24 attendi, † & præter Alciatum Petrus Gerardi
de Petra Sancta ſingul. 25. dubitat de prędicta
deciſione Salyceti per l. diem proferre.§. ſi plu-
res. ff. de arbi. Nihilominus Alciati cõſideratio
mihi nõ placet, nã ratio dictæ legis ſi 10. quare
non ſuſtinetur locatio ẽt in quinq; ea eſt: quia
ſi dico, loco tibi pro 10. exprimo hanc ſummã
25 ad excluſionem minoris ſummę: † quia in ſum
mis, ſubintelligitur taxatiua. l. rogaſti.§. ſi tibi
ff. ſi cer. pet. vnde nimirum ſi in 5. non tenet
locatio, poſtquàm ita volui decẽ, & non quinq;
ita declarat illũ tex. Butigel. in d.§. ſi ſtipulanti
nume. 10. ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro.
26 † Nam quando partes, vel Iudices eligunt æſti-
matores, neuter illis taxat certam ſummã, intra
quam æſtimetur, meritò data diſcordia inter
eos & tertiũ nihil impedit, quominus fieri poſ-
ſit cumlatio & diuiſio poſtmodum eo modo
27 quo dicit Salyc.† quò verò ad tex. in d.§. ſi plu
res. quo mouetur Pet. Gerar. reſpondetur, ꝙ lo
quitur in arbitris, nos aũt loquimur in æſtima-
toribus, inter quos eſt differentia, vt declarat
Salyc. in d.§. his illud. Iaſ. Soc. Guil. Pontan. &
Galiau. in d.§. ſi ſtipulãti. Peruſ. in c.1. col.2. de
28 arb. in 6. & ex his dubia remanẽt ſoluta. † Nã
licet aliàs interlocutoria habẽs vim diffinitiuæ
non poſsit reuocari, fallit tamẽ in ſentẽtia lata
ad relationem peritorum: quia licet ſit millies
diffinitiua reuocatur ex cõſilio peritiorũ ſecun
29 dùm cões concluſiones, vt ſupra deduxi.† Præ
terea aduerti. debet, quòd illa concluſio, quòd
ſententia habens vim diffinitiuæ non põt reuo
cari, procedit quando talis ſententia non expe
ctat aliam ſententiam diffinitiuam poſt ſe, aliàs
ſecus: tunc enim benè põt reuocari, ita tradit
ſingulariter Imol. in d. cap. cum ceſſante, col.2.
ver. item aduerte. refert & ſequitur Alex. in d.
30 l. quod iuſsit, in loco citato ſuperius. † Nos
aũt in ſecũdo caſu verſamur: quia licet ſit facta
relatio iſtorum peritorum, & ſuper eius validi
tate lata ſententia, requirit̃ tamen alia ſentẽtia
diffinitiua poſt eã, videlicet, ꝙ Reuerendus D.
Vicarius uiſo an detractis detrahendis quid ſu
perſit, in eo condemnet Reuerendum dominũ
Agamemnonem ad ſatisfaciẽdum aduerſariæ
pro dote ſua, & ita patet ĩ proceſſu pluries fuiſ
ſe poſitum ordinem ad eius inſtantiam ad au-
diendũ ſententiam: meritò quia dicta pronun
tia ſuper relatione expectat poſt ſe ſententiam
diffinitinam, reuocabilis eſt ſui natura ultra
dicta priore loco. Deueniendum eſt igitur om-
nino ad reuiſionẽ dictæ æſtimationis, & men-
ſurationis dictæ domus per alios peritos eli-
gendos utrinque &c.

*Hippoly. Rimin. Ferrar.*

## Pro magnifico D. Antonio Valentino Mutinenſe.

### ARGVMENTVM.

Scriptura aliàs producta quam fidem faciat, & an fieri poſsit, ꝙ priuata probet, ſeu per teſtes qui viderint eam ſcribere, ſeu qui notam habeant manum ſcribẽtis iuſtificetur. An inſtrumentũ ſcripto tollatur. Quandouè dominium traslatum retransferatur, vel non. Et quando ſcriptura dicatur incontinenti facta. Item de teſte vno, vel pluribus quando non probent, ſicut nec ad ęternam memoriam recepti. Pluraque id genus pulcherrimè pertractantur in eo:

### SVMMARIVM.

1 *Producens ſcripturam fateri videtur cõtenta in ea.*
*Et ſi falſa ſit præſumitur eam falſificari feciſſe.* 2.
*Et ſemel producta fidem facit.* 3.
4 *Scriptura priuata regulariter fidem non facit.*
*Quæcunq; ſit, niſi recipiat aliquod ſomentum, vel ſuplementum.* 5.
*Etiam ſi ſit manu Maſſarij communis ſine ſubſcriptione notarij.* 6.
*Nec etiam Princeps ſtatuere poteſt, quòd ſcriptura priuata probet.* 7.
*Niſi ex magna cauſa.* 8.
*Nec ex conuentione partium id fieri poteſt.* 9.
*Licet aliqui contradicant.* 10.
*Veriusq́ ſiue magis cõiter receptum eſſe dicant.* 11.
12 *Scripturam priuatam qui produxit dicere poteſt, quòd fidem non facit non obſtante confeſsione, quæ ex productione colligitur.*
13 *Confeſsio ſurgens ex productione ſcripturæ intelligitur quatenus illa ſcriptura probat.*
*Rationes adducuntur pulcræ.* 14. 15.
16 *Confeſsio tacita plus operari nõ dẽt quàm expreſſa.*
17 *Confeſsio ſurgens ex productione non præiudicat in alio Iudicio, quando quis fuit condemnatus in Iudicio productionis.*
*Nec ex illa reprobata per Iudicem ſurgit aliquis effectus.* 18.
*Et de ratione Abbatis.* 19.
20 *Confeſsio tacita in vno Iudicio non nocet in alio etiam inter eaſdem perſonas.*
21 *Confeſsio procuratoris in vna cauſa non nocet domino in alio Iudicio.*





*Quæ ſententia communis eſt.* 22.
23 *Scriptura iuſtificatur ex teſtibus ſolis qui viderunt. eam ſcribi.*
*Quæ concluſio communior dicitur.* 24.
*Licet duo tantùm ſubſcripſerint, quoniam plures ad cautelam interponuntur.* 25.
*Nec comparatio videtur neceſſaria.* 26.
*Sed, quòd immo præter teſtes prædictos neceſſaria ſit comparatio.* 27.
*Et eſt communis.* 30.
*Diſtinctioq́ Cornei recitatur.* 32.
28 *Dictio etiam denotat vtrumq́ requiri.*
29 *Intellectus.§. ſed & ſi quis, in auct. de inſtrum. fide, & caut.* 33.
31 *Comparationis effectus.*
34 *Scriptum incontinenti factum poſt inſtrumentum dicitur ei connexum, videturq́ ei derogare.*
35 *Contractus diuerſus à primo circa idem quando ſequitur incontinenti, primus cenſetur ſimulatus.*
36 *Nemo præſumitur velle ſe incontinenti corrigere.*
37 *Pactum reſolutiuũ contractus incontinenti poſitum poſt contractum informatur ab eo & eum reſoluit.*
38 *Scriptum quando præcedens inſtrumentũ nõ tollat.*
39 *Argumentum à contrario ſenſu valet, & procedit in contractibus.*
40 *Pactum reſolutiuum ſub conditione demum locum habet ſi purificata fuerit conditio.*
41 *Clauſula in vno capitulo poſita refertur ad omnia, Niſi ratio poſsit aſsignari, cur magis ad vnum quàm ad aliud referri debeat.* 42.
43 *Partes nõ vidẽtur ſe voluiſſe incõtinenti corrigere.*
44 *Relatio ad præcedentia fieri non debet, quando induceretur correctio.*
*Fieri verò debet, vt euitetur correctio.* 45.
46 *Contrarietas vt euitetur fieri debet interpretatio.*
47 *Titulus licet annulletur dominium non trasfertur.*
*Fallit in pacto legis commiſſoriæ.* 48.
*Et adiectionis in diem.*
*Modo ſit formiter conceptum.* 49.
*Et ſit appoſitum in ipſo contractu.* 50.
51 *Pactum in contractu quando factum dicatur.*
52 *Clauſula actũ, in fi. inſtrumenti denotat rẽ perfectã.*
53 *Scriptum incontinenti factum dicitur quod eodem die, loco & teſtibus factum fuit.* 55.
*Dummodo ea conſtent.* 54.
57 *Iudex primò debet attendere quod eſt veriſimile in cognoſenda veritate.*
58 *Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ.*
59 *Dictio poſt, denotat interuallum.*
60 *Ignorantia præſumitur in facto alieno.*
61 *Citatus à delegato ſine tranſmiſsione copiæ delegationis non tenetur comparere.*
62 *Inſtrumentum facit probationem paratam.*
63 *Teſtis vnus de veritate rei, & omni exceptione maior facit ſemiplenam probationem.*
*Et ſi de facto proprio deponit facit pluſquam ſemiplenam.* 64.
65 *Probationes ſemiplenæ cõiunguntur ad vnam plenã faciendam.* 70.
*Licet ex eodemmet teſte reſultent, ſed contra.* 93. *vbi declaratur.*
66 *Teſtes ad æternam rei memoriam parte non citata recepti faciunt qualemqualem præſumptionem.*
*Sed contra, quòd nec indicium faciunt.* 95.
67 *Teſtes dicentes habere notam manum alicuius ſemiplenè probant.*
*Sed contra per auctorem poſt alios.* 109.
68 *Præſumptiones duæ ſimul iunctæ faciunt probationem plenam.*
69 *Quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*
71 *Teſtis non eſt idoneus, cui laus, vel oprobrium poteſt imputari ſuper eo quod dicit.*
72 *Mediator non admittitur in teſtem.*
*Niſi vtraq́ parte volente.* 73.
*Et quid de clerico tali.* 77. 78.
*Si vilis ſit, & ſperat proxoneticum.* 74.
*Quia lex habet eum ſuſpectum.* 75.
*Et an iudicis arbitrio ſtetur.* 79.
*Secus ſi ſit prolocutor, & amicabilis compoſitor.* 76.
*Qui non facit exercitium proxonetæ.*
*Sed auctor paſsim tenet opinionem primam velut receptam.* 80.
*Baldum & Bertrandum taxans.* 81.
*Ratione quam ſubijcit.* 82.
82 *Proxoneta præſumitur apetentior, quòd contractus per eum tractatus perficiatur.*
*Ideſt ambitioſus eſt.* 83.
83 *Verbum appetens vertitur in ambitionem.*
84 *Teſtes de tractatu non probant.*
*Quia multa tractantur, quæ non perficiuntur.*
85 *Teſtis quomodo mentiatur.*
*Et ſi eſt in vno falſus, in cæteris ſibi nõ creditur.* 86.
87 *Teſtis dictũ qui patitur plures defectus anihilatur.*
88 *Teſtes dicentes factum fuiſſe ſcriptum non concludunt, quòd eis præſentibus factum fuerit.*
*Immo fieri debet interpretatio, quòd alter ab altero fuerit abſens.* 89.
90 *Confeſsio præſumitur in abſentia facta.*
91 *Teſtis ſolus non facit indicium, vbi duo tantùm ſemiplenam facerent probationem.*
92 *Mutinæ ius ciuile ſeruatur.*
94 *Teſtes parte nõ citata nec plenè nec ſemiplenè probãt*
*Nec indicium quidem.* 95.
*Etiam in crimine læſæ maieſt.* 97.
*Vel vbi ſolùm de iuregentium proceditur.*
*Vel ex argumentis & præſumptionibus.* 98.
*Vel ſola facti veritate inſpecta.* 99.
*Licet Ruinus contra.* 100.
*Et Gramma.* 101.
*Quia contra communem loquuntur.* 102.
*Aut in diuerſo caſu Ruin à præſenti auctoris.* 103. 104. & 105.
96 *Verba nullius momenti excludũt indicium modicũ.*
101 *Teſtis nõ iuratus facit ĩdiciũ, quod declaratur.* 102.
103 *Bartolus in l. admonendi. ff. de iureiur. de teſtibus contra tertium procedit in antiquis.*
105 *Teſtis plures defectus patiens non probat.*
106 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam, vt probent, multa requiruntur.*
*Quòd à iudice cauſæ examinentur*
*Quòd ſubſit cauſa mortis, vel abſentia teſtiũ.* 107.
*Quòd pars citetur.* 108.

*Et iudex informatus interloquatur eos examinandos eſſe ad perpetuam memo.*
*Teſtes deponere debent de proprijs ſubſcriptionibus non aliorum.*
*Et ratio differentiæ ſubijcitur.* 111.
112 *Teſtium coniunctio quando fieri non poteſt declaratur.* 113. 114. 115.
116 *Probationes imperfectæ in ſua ſpecie nõ coniugũtur.*
117 *Procurator teſtis eſſe non poteſt pro ſuo domino.*
118 *Probationes præſumptiuæ non ſufficiunt ad tollendum inſtrumentum.*
119 *Actore non probante reus debet abſolui.*
*Reusq́; debet exceptionem ſuam probare.*

*Auxilium meum à Domino.*

## CONSILIVM. CCIII.

DVBITATVR contra D. Antonium Valentinum Mutinenſem
ſuper ſcripto probato, vt dicitur,
facto manu condam Marci Meloni Carpenſis producto ex ad-
1 uerſo per Do. Alphonſum Melonum. † cum
enim aliàs D. Antonius illud produxerit contra. d. Marcum in diuerſa lite, videtur faſſus
uera fuiſſe contenta in eo l. prima, §. editiones.
ff. de eden. l. cum precum. C. de lib. ca. Pariſ.
conſ. 79. nu. 2. lib. 3. & eſt originale dictũ Inno.
in capitulo cum venerabilis. de exceptionibus,
vbi Abb. Imol. Fely. & Dec. latius tradunt, quibus accedit Natta conſ. 333. col. 1. & conſ. 573.
nu. 37. Portius Imol. conſ. 102. nu. 34. poſt Spe.
in titulo de inſtr. edit. §. vidẽdum. ver. itẽ nota.
qui dicit, errorem allegari non poſſe, ſed impu
tandum eſſe producenti, ſi melius non conſide
2 rauit, ſequitur Alba conſ. 59. ad finem † quinimò tam nocet productio producenti, ꝙ ſi quis
produxerit inſtrumentum falſum, prȩſumitur
illud falſificari feciſſe, niſi oſtẽdat, vel nominet
auctorem, vt ſignanter tenet Iacob. Butriga. &
Bal. in l. maiorem. C. ad legem Corneliã de fal.
Alex. conſ. 77. col. 3. vol. 1. Iaſ. conſ. 168. nu. 3.
vol. 4. Ioã. de Ana. in c. ad falſariorum. col. 5. de
3 crimi. falſi. Boſsius in tit. de falſis nu. 126. † &
vltra prȩdictos adduco Bal. in l. fi. C. de fid. inſtr.
vbi dixit in terminis noſtris, ꝙ ſcriptura ſemel
producta, & in actis copiata fidem facit, ex quo
ſemel fidẽ aſſumpſit, ſequitur Paris de Puteo in
tractatu de reaſſumptione inſtrumentorũ, Rub.
20. nu. 15. meritò videtur ex prædictis, ꝙ Do.
Antonius nõ poſsit aduerſus dictum ſcriptum
niti, nec illud impugnare.
4 † Sed ad hoc reſpõdetur, ꝙ immo nõ obſtante
dicta productione poteſt. D. Antonius dicere,
ꝙ dictum ſcriptum nõ probat, nec fidem facit:
quia ſcriptura priuata regulariter fidem non facit. l. exemplo. C. de probationibus, Doctres in
l. nuda. ff. de don. & in cap. ſcripta. de fid. inſtr.
5 Soci. conſ. 33. & conſ. 41. vol. 1. † vbi concludit,
ꝙ ſcriptura priuata non facit fidem quæcũque
ſit illa, niſi recipiat aliquod fomentum, vel ſupplementũ, propter quod fiat auctentica, ſequit̃
6 Rol. à Val. cõſ. 2. nu. 139. vol. 1. † & hoc adeo verum eſt, ꝙ fidem non faceret ſcriptura priuata,
ẽt ſi eẽt manu Maſſarii cõis ſine ſubſcriptione
Notarii. Bal. in l. Imperator. ff. de ſta. ho. Bart. &
Alex. ĩ apoſt. in l. fiſco. C. de cõue. fiſ. deb. lib. 10.
Fran. Marci quæſt. 203. col. prima, par. ſecũda.
7 † & adeo ſcriptura priuata nõ ꝓbat, ꝙ nec Princeps ſtatuere poſſet, ꝙ priuata ſcriptura plenè
probet. c. ſecundo, de fi. inſtr. in verbo non poſ-
8 ſumus, & ibi not. Ab. & Dec. † niſi ex magna cã,
vt ibi ꝑ eos, & Ripa in l. admonendi, nu. 96. ff.
9 de iureiur. † pariq́; modo nec ex conuentione
partiũ põt approbari priuata ſcriptura, ita vt fidẽ faciat, vt not. Inno. in c. cũ P. tabellio, de fid.
inſtr. Bal. in l. Imperator ff. de ſta. hom. Bal. Ang.
& Caſt. in l. pactũ inter hȩredẽ. ff. de pact. Rom.
in dicta lege admonẽdi. col. 18. cõſ. 204. & ſeq.
col. 1. Cato Sachus in d. l. admonendi, nu. 60.
Iaſ. in l. nõ eſt impoſsibile. col. 1. ff. de pact. & in
l. iuſiran. qđ ex conuentione. col. ſecunda, ff. de
iureiur. Crau. in tract. de anti. temp. in 4. parte
primæ partis nu. 25. Menoch. conſ. 1. num. 328.
10 † quamquam pleriq; non deſunt quos cumulat
Oratius Mandoſius. in addit. Romani cõſ. 205.
qui contrariũ tenẽt, videlicet, ꝙ pacto fieri poſſit, quòd ſtetur ſcripturæ priuatȩ, & illa probet.
11 † dicens eſſe verius & magis cõiter receptum,
in qua re diſtinguit vno modo Alex. in l. 1. §.
fi. col. 1. ff. de verb. obl. & alio Marſ. in rub. C. de
prob. nu. 280. quod non examino velut alienũ
12 à propoſito noſtro, † ſed non omitto Decium
conſi. 612. col. 2. vbi concludit in terminis noſtris, eum qui produxit ſcripturam priuatam
poſſe dicere, quòd fidem non facit nõ obſtante
confeſsione, quæ ex productione colligitur.
13 † Secundò reſpondetur, quòd dicta cõfeſsio
intelligitur facta quatenus ſcriptura producta
probat, ita Bar. in l. poſt legatum. verſ. item contra. ff. de his quibus, vt indi. Innoc. in d. c. cum
venerabilis. loquẽs in ſcriptura nõ authentica
producta, quæ ſi producatur contra, producẽtẽ
14 non nocet ei † ea ratione: quia veritas geſtorũ
prȩferenda eſt opinioni. l. illicitas. §. veritas. ff.
de offi. prȩſi. idemq́; tenet Roma. conſ. 294. hæc
15 confeſsio in tertio caſu, † vbi pariter alia pulcherima ratione mouet̃: quia ſi pars cõfitetur,
ꝓut continet̃ in inſtrumento, verba confitentis
intelliguntur prout continetur in inſtrumento
effectualiter. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quis. iur.
l. penul. §. docere. ff. ne quis eum. ſed in inſtrumento nihil effectualiter continetur, ex quo
propter defectum ſolennitatis nullus effectus
probationis inde deducitur, ergo confeſsio nõ
nocet, vt per Bald. in l. 1. C. de erro. aduo. quem
citat Romanus. Vnde ſic in tacita confeſsione
16 dicamus, quȩ reſultat ex ꝓductione, † ne plus
operetur expreſſa confeſsio ſed eiuſdem ſit iudicij. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. & cum prædictis
etiam concordat Alex. conſil. 108. col. 3. vol. 5.
conſi.



conſil. 124. col. ſecunda, vol. 7. Fely. in dicto c.
cum venerab. col. 7. verſ. intellige ſecundo.
† Tertiò reſpondetur, ꝙ ex quo D. Antonius
17 non obſtante dicta productione ſcripti poſtea
fuit condemnatus in iudicio facto cõtra ipſum
per dictum Marcum & eius hæredes, vtiq; talis
cõfeſsio ex productione reſultans poſtea repro
bata ei non prȩiudicat, cum nec expreſſa tali
caſu præiudicaret. ita Innoc. in c. mulieri. de
iureiur. & Ab. ibi Bar. in l. Papinianus. §. ſed nec
impubes. ff. de inoff. teſt. Bal. in l. ſi q̃s hoc genus. C. de epiſ. & cler. Bald. in l. 1. C. de confeſ.
col. pen. Roma. conſi. 167. & pulcrius conſi. 59.
18 nu. 10. † ubi dicit, ꝙ ex confeſsione partis ſentẽtia Iudicis reprobata nullus effectus oritur,
neq; parti prouenit vtilitas, ibique Mandoſius
in apoſtillis citat Abbatẽ conſi. 17. in quæſtione
Ottonelli. primo dubio, ſecunda par. in eiſdem
terminis loquentem ſic, vt patet alterum ab altero furtum cõmiſiſſe, quod de Romano magis
credit, laico forte: & cum prædictis ẽt concordat Alex. in l. magiſtratib. col. 2. ff. de iur. om.
iud. & in l. ſecunda, C. de eden. Fely. in capitulo
cauſam quȩ, col. ſecũda de teſt. & plenius Natta
19 conſi. 38. nu. 7. & conſ. 505. † citans rationem
Abbatis in d. c. mulieri, ꝙ ex quo Iudex talem
confeſsionem nõ recepit, nec pars approbauit,
nõ põt pars ſuper illa ſe fundare, & cogere aliã
partem ad obſeruantiã. c. ex eo. de reg. iur. in 6.
cũ ſimilibus per eũ, & hoc eſt quod alibi quoq́;
uoluit Saly. in l. iubemus. C. de lib. ca. & Iaſ. in
l. qui Romæ. §. cohȩredes. ff. de uerb. obli. quos
non allegat Natta, ſed benè Hyero. Albanus
conſil. 7. num. 7.
† Quartò reſpondetur, ꝙ dicta productio nõ
20 debet nocere D. Antonio: quia confeſsio, quæ
ex illa colligitur eſt tacita & ficta, quo ſtante
reſultat concluſio, ꝙ confeſsio ficta ſeu tacita
in uno iudicio non nocet in alio ẽt inter eaſdẽ
perſonas, vt tradit Bart. in l. eius qui delatorem
in fi. ff. de iu. fiſ. Bal. in l. 2. col. fi. C. de eden. ubi
ẽt Alex. & Dec. col. pen. Corn. conſil. 42. vol. 2.
Fely. in c. cauſam, quæ, primo col. 3. de teſti,
† Sed accedit quinto loco, poſito, ꝙ eſſet ex-
21 preſſa, ꝙ emanauit à procuratore tunc D. Antonii, qui dictum ſcriptum produxit. Vnde ſequitur, ꝙ talis confeſsio procuratoris in una cauſa
non debet nocere domino in alia cauſa, vt voluit Compoſtell. & Ioan. Andr. in c. per inquiſi-
22 tionem, de electi. † vbi dicit Abbas eſſe cõem,
ſequitur Alex. in addi. Bar. in l. certam §. an ipſos. ff. de confeſ. Corn. cõſi. 144. vol. 4. Albanus
in d. conſil. 7. nu. 9. & ſic pluribus modis ceſſat
hoc primum dubium.
† Secundò dubitatur, ex alio ſtandũ eſſe huic
23 ſcripto; quia reperitur in proceſſu iuſtificatum
per teſtes ſubſcriptos, qui deponũt vidiſſe illud
ſcribi per dictum Marcum, ex quibus ſolis reſultat plena probatio, vt tenet Hoſti. Ioan. And.
& Imol. in c. ſecundo, de fid. inſtrumen. Imol. &
Roma. in l. nuda. ff. de don. Alex. in d. l. admonendi. nume. 31. circa medium Cato Sachus,
nu. 63. Curt. Iun. num. 35. verſi. 2. caſus, Iaſ. in
24 repet. nu. 89. † vbi dicit, quòd iſta pars eſt communior, eamq́ue tenet inſuper Alex. conſ. 181.
col. 2. vol. ſecundo, & Ruin. conſil. 46. nume. 9.
& 14. vol. 4. & licet duo tantùm teſtes ſubſcripti fuerint ſcripto, tamen ſufficere debent, vt
voluit Fulg. quem ſimpliciter ſequitur Alex. in
dicta lege admonendi. per §. ſi quis igitur, in
authen. de inſtru. caut. & fid. dum dicit Imperator, quòd non intendit arctare facultatem
25 probandi, ergo duo ſufficiunt, † Et quamuis
in alia parte videatur dicere contrarium, tamẽ
loquitur ad cautelam, vt patet in verbo, cautè,
& eſt de mente Imolȩ in dicta l. nuda, & aliorũ, de quibus ſupra, qui dicunt, quòd ſoli teſtes
26 ſine comparatione ſufficiunt. † Vnde ſicut hoc
vltimo caſu arctaretur facultas probãdi, ſi comparatio requireretur, pariter & in ſuperiori reſtringeretur, ſi tres teſtes requirerentur, meritò
pariter vtroq́ue caſu idem dici debet, ſicq́; comparationem neceſſariam nõ eſſe, & duos teſtes
ſufficere, ita Ruin. pulcrè concludit in d. conſi.
46. num. 14. vol. 4.
27 † Sed ſuper his eſt diligentius cõſiderandũ,
nam præter teſtes requiritur etiã comparatio:
nec enim ſoli teſtes deponentes, ꝙ viderunt
ſcribere plenè probant, ita Bart. in dicta l. nuda.
in auth. & ſi contractus. C. de fid. inſtr. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab. & in d. lege admonendi. quo loco tenet idem Cacialup. poſt
dominũ ſuum nu. 45. per text. in §. ſed etſi quis
in authẽtico de inſtr. caut. & fid. quam latè ponderat Aret. idem tenens conſ. 64. col. 4. Primò,
dum ſuperius in §. ſi quis igitur, dicitur, vt non
in ſola ſcriptura & eius examinatione, ideſt cõparatione pendeamus, ſed ſit iudicantibus etiã
28 teſtium ſolatium, † quæ dictio implicatiua demonſtrat vtrumq́ue requiri, deinde clarius in
d. §. ſed & ſi quis, ſubiicitur, fidẽ cauſa ex vtroque percipiat, ideſt ex teſtibus & comparatione, quod etiam ſtatim declaratur ſubiiciendo etiam, literarum examinatione penitus non
expulſa, meritò patet, ꝙ illa requiritur ſecun-
29 dùm Aret. † qui concludit, ꝙ hæc eſt veritas,
& mens illius text. & cum prȩdictis etiã tenet
Cor. cõſ. 169. col. 3. vol. 1. conſ. 58. col. 2. vol. 3.
30 Ripa in d. l. admonẽdi. nu. 107. † qui dicit opi.
Bartoli cõiter eſſe receptam. Calcan. conſ. 29.
col. fi. deciſ. Neap. 181. Rui. ſibi cõtrarius conſ.
79. col. 2. vol. 4. Bertran. conſ. 32. in fi. vol. 2. ex
quibus apparet longè plures eſſe pro hac parte
quàm deductos in dubio pro contraria parte.
31 † nec immerito præter teſtes, etiam cõparatio
deſideratur, cum per eam veritas probationis
depræhẽdatur. l. comparationes C. de fid. inſtr.
Bart. & Angel. in auct. de fid. inſtr. Port. Imol.
32 conſil. 4. nu. 56. † Vel ad tollendum omnem
difficultatem recurri poteſt ad diſtinctionem
Cornei in allegato conſil. 58. dictis, quòd ubi
teſtes deponunt tãtùm fuiſſe præſentes ſcripto

&vidiſſe illud ſcribere,& tunc procedit opin.
Bartoli & ſequacium. Aut etiam deponunt de
tenore & contentis in ipſo ſcripto,& tunc pro-
cedit altera opi. quam diſtinctionem probat ēt
Dec.in c.2.nu.7.de fid.inſtr. Cacial. in d.l. ad-
monendi, poſt dominum ſuum num.45. quem
puto fuiſſe Corneum, & Curtius Senior ibidē
nu.87.verſus finē.Et ſecundū hanc diſtinctionē
(meo iudicio) procedit,& intelligendus uenit
tex.in d.§.ſi quis igiť, à Fulg.& Alex. & Ruino,
33 de quibus ſupra ponderatus. † nam loquendo
de teſtibus & comparatione neceſſaria ſubdit:
etenim tales teſtificationes ſuſcipimus,quę di-
cant,ꝙ his præſentibus ſubſcripſit,qui documē
tum fecit, & hunc nouerunt; loquitur enim de
teſtibus deponentibus de pręſentia ſua, quādo
ſcriptura facta fuit, non aūt de illius tenore, &
dum ſubdit Imperator; neque enim,vt abreuie
mus probationes,ponimus legem,voluit intel-
ligere de teſtibus probantibus tenorem cōtra-
ctus,quā probationē nō intendit abreuiare ſed
in ſua ui remanere, vt duo ſuficiant eo caſu l.
vbi numerus ff.de teſti.ſed ut ēt eas eſſe,hoc eſt
firmas remanere,& vt cautè eſſe faciamus illas,
quę de pręſentia ſua loquūtur, videlicet iuncta
comparatione,& hic eſt verus (mea quidē ſen-
tentia)ſenſus illius textus. Sed in caſu noſtro ſi
teſtes inſpiciantur, non exprimunt quid cōuen
tum fuerit aut ſcriptum, ſed tantum ad ipſum
ſcriptum ſe referūt, ergo neceſſaria quoq; fuit
comparatio,quæ tamen non interuenit.
34 † Tertiò præſupoſito,quòd dictum ſcriptum
de iure iuſtificetur,dubitatur ꝑ illud derogatū
eſſe inſtrumento dationis in ſolutum domus
inter Marcum & D.Alfonſum celebratū qua-
tenus ſcriptum reperitur cōtrariū dicto inſtru-
mento;qa cum incontinenti ſit factum poſt in-
ſtrumētum,hoc eſt eodem die, loco & teſtibus
præſentibus, dicitur connexū primo cōtractui
dicti inſtrumēti,eique derogat, ita quòd nullū
ius D.Alfonſo ex primo inſtrumento & cōtra-
ctu fuit quæſitum, iuxta deciſionem Baldi in l.
pen.§.mulier.ff.ſol.mat.in l.legem.col.1.C.de
pact.& ibi Iaſ.in fi.Rui.conſ.42.nu.28.vol.1.&
35 Corn.latius conſ.36.vol.2. † vbi dicunt,quòd
quando vnus contractus circa idem ſequitur
incontinēti poſt alterum diuerſus à primo,pri-
mus cēſetur ſimulatus,argumento l.ſi ventri.§.
in bonis.ff.de priui.cred.& incontinenti ſequi
dicitur,quādo fit eodem die,loco & coram eiſ-
36 dem teſtibus. † hoc confirmat Ruin.allegata
ratione: quia nemo præſumitur,velle inconti-
nenti ſe corrigere.l.non ad ea ff.de cōdi.& de-
monſ.ideo potius præſumendum eſt,quòd tꝑe
primi cōtractus,& ab initio actum ſit inter par-
tes, quòd pacta quibus reperietur in ſequenti
contractu derrogatum vſque ab initio non ha-
berent effectum,& quòd fuerint ſimulatè con-
37 cepta.† Comprobatur ēt,nam pactum reſolu-
tiuum contractus appoſitum incontinēti poſt
contractum informatur ab ipſo contractu, ita
quòd prodeſt ad reſolutionē contractus l.ſed
Celſus §.ſi fundus.ff.de contra.emp.l. ſi conue
nerit.ff.de reſcin. vend. per quæ iura ſic tradit
Io.de Monte ſpere.in l.lecta.ff.ſi cer.pet.Et ibi
refert Soc.col.fi.Iaſ.nu.24.& in l.legata inuti-
liter,nu.7.ff.de leg.primò,& in l.petens.nu.14.
C.de pac.Cacialup.in tractatu de pac.quæſt.2.
col.ſecunda,cum ſimilibus:
38 † Sed iſtis non attentis contrarium dico,vi-
delicet quòd immo ex dicto ſcripto inſtrumē-
tum prædictum dationis inſolutum non ſit ſub
latum: qm̄ in ſcripto dicitur conuentum eſſe
(che non obſtante la detta conſegnatione ogni
raſone che competeſſe à don Alphonſo gli ſia
ſalua, ogni volta che ſe gli ſatisfaceſſe al ter-
mino che ſi contiene nel detto inſtrumēto del
credito) pondero,ꝙ dicta reſeruatio iurium fa
cta fuit ſub conditione, ubi Marcus ſoluerit il-
lud creditum D.Alfonſo in dicto termino, er-
go à contrario ſenſu ſumitur argumentum, ꝙ
ſi Marcus non ſoluet in termino,ius crediti nō
remaneat ſaluum D.Alphōſo,& ſubinde quòd
39 ſubſiſtat conſignatio † Quod argumentum in
cōtractibus procedit.Rom.in cōſ.399.& ibidē
confirmat in addi. Horatius Mandoſius poſt
Cur.Seni.conſ.16.num.13.& conſil.54.nu.12.
Gratum reſpon.104.vol.ſecundo,Rubeū.conſ.
138.nu.5.idemq; tenet Iaſ.in l.prima,ff.de off.
eius.& ibi Dec.nu.48.& poſt eos ego nu.395.
ſicut ēt poſt dominū meum Rim.conſ.277.nu.
19.deciſ.Neapol.298.col.ſecunda,& alios ple-
40 roſque per me cumulatos, † & ꝙ pactū reſolu-
tiuū ſub conditione ita demum locum habeat
ſi purificata fuerit conditio & non aliàs, tradit
Dec.conſ.187.col.prima,ſed non apparet Mar
cum ſoluiſſe in termino, nec ſatisfeciſſe. Dom.
Alphonſo,ergo datio inſolutum ſubſiſtit, & ius
crediti non remanet ſaluum. D. Alphonſo.
Nec obſtat dum in ſcripto ſubiungitur (per
che ſiamo ſtati in concordia, & coſi è la inten-
tion de l'una,& de l'altra parte,che la detta cō-
ſignatione ſia per non fatta) quaſi, ꝙ ex dictis
verbis videať ſimpliciter derogari & annullari
41 dicta conſignatio † quoniā eadem cōditio de
qua ſupra,ſubintelligitur, ſcilicet ſi ſoluerit in
termino inſtrumenti creditū ſuū D.Alphonſo:
qm̄ clauſula poſita in vno capitulo generaliter
ad omnia referri dēt l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de
leg.primò,l.prima, C.de lib.& poſt.c. ſecundò
42 requiris.de app. † quod clarè procedit quādo
ratio non poteſt aſsignari,quare magis ad vnū
capitulum referri debeat quàm ad aliud,ſecun
dùm Bart. Bald. & Dec.in locis prædictis, id-
43 que in caſu noſtro procedit, † immo fortius
militat ratio, quòd dicta conditio intelligatur
repetita,ne videātur partes incontinenti ſe vo-
luiſſe corrigere,cōtra l.non ad ea.ff.de cond.&
44 † demonſ.ſicut em̄ relatio ceſſare dēt quādo ſi
fieret induceret correctio.glo.ī l.ſi idē.§.fi.ff.de
iur.om.iud. Bal. conſi.357. vol.4. Alex. conſi.
48.col.4.vol.primo.Dec. conſil.195. colum.4.
Iaſ.



Iaſ.in l. talis ſcriptura. nume. 39. ff.de leg. 1.
Rub.conſi.49. colum.fi.D.meus Rim.conſ.56.
45 nu.12.† econuerſo dēt habere locum relatio,
vt euitetur correctio per eam,vt contrariorum
ſit eadem diſciplina.l. fin.§. contra quoque.ff.
46 de leg.3. † tantoque magis quoniam quælibet
diſpoſitio ſic eſt interpretāda,vt excludatur re-
pugnantia ſiue contrarietas. c.inter dilectos.§.
cęterum.de fid.inſtrum.latè Dec.in l.pacta no-
uiſsima.C.de pactis,col.ſecūda,in l.fi.nu.1.& 2.
C.de eden.& in l.vbi repugnātia.ff.de reg.iur.
47 † Secundò principaliter aduerti debet, ꝙ
per verba dicti ſcripti non reſultabat, ꝙ domi-
nium translatum in dictum Alphōſum virtute
conſignationis dicatur eſſe retranslatū in Mar
cum, quia etiam quòd titulus anulletur, do-
minium tamen translatum non transfertur, vt
gloſ.ponit,Bal. Caſtr. & alii.in l.1. ff.ſol matr.
poſt D.Macagna.col.3.in l.cum mulier,col.10.
verſ. in contrarium. eo. titulo. & ibi ſequitur
Alex.col.pen.& conſ.199.in prin.uol. 6.Aret.
in rub.inſt.de excep.col.18.verſ.ſecundò quæ-
ro,Bar.in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff.de uer.ob.&
48 poſt eum Iaſ.nu.40.† Speciale eſt enim dunta-
xat in pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis
in diem,in aliis verò ſecus; quia reſoluto con-
tractu non retransfertur dominium, gloſ.Bart.
& Imol.in l.1.ff.de don.Alex.conſi.10.& conſ.
92.volu.primo, Cur. Sen. conſil.12.Iaſ.in l.ab
emptione.col.3.ff.de pactis,Ruin.latè cōſi.32.
vol.primo,latè Cagnolus in l.ſecunda nu.133.
C.de pac. int. emp. & vend.aliique plures cu-
mulati per Tiraquel. de retrac. in titu. de retr.
conuent.§.1.glo.7.nu.16.meritò quia non ſu-
mus hic in pacto adiectionis in diem, legiſuè
49 commiſſoriæ, † oportet enim, quòd formiter
ſit conceptum,ideſt ſecundùm formam traditā
à lege in pacto l.commiſſoriæ, & in diem adie-
ctionis,vt inquit Angel.in l.ſecunda,C.de pac.
int.emp.& Alex.in dicto conſi.10.col.fin.quod
nō eſt hic,ſi videatur ſcriptū, iuncta l.1. ſecūda
& quarta, ff.de l. cōmiſ.& l. prima, ff.de adiec.
in di.ſequitur, quòd pactum huius ſcripti non
poteſt operari translationem dominii domus
datæ in ſolutum D. Alphonſo in dictum Mar-
cum, meritò adhuc durat ſolutio facta dicto
50 Alphonſo non obſtante dicto pacto. † Quin
immo etiam in dictis pactis legis commiſſorię,
vel adiectionis in diem non reſultat effectus
trāslationis dominii, niſi ſint appoſita in ipſo
contractu,& ſic antequam ſit acquiſitum ius ex
contractu, ſecus autem ſi poſt, vt eſt gloſ.in
d.l.ab emptione,in ver.cogitur,quam doctores
ſequuntur Bal.& Saly. in l.traditionibus. C.de
pact.& Bald.in l.ſecūda, C.communia de lega.
51 † diciturque factum in contractu, quod eſt fa-
ctum antequàm contractus ſit abſolutus à par-
tibus, l.contractus, C.de fid.inſtru.Sed quando
per notarium coram partibus & teſtibus le-
ctum & publicatum eſt inſtrumentum, & par-
tes ita conſenſerint, vtique contractus dicitur
abſolutus,vt not.gloſ.in d.l.contractus,Saly.in
l.in bonæfidei. C.de pact. cum aliis per Alex.
qui ſic iſta declarat.in d.conſi.10. col.fi.verſic.
quintò confirmatur ex quibus apparet tanto
minus hic retranslationi dominii locum eſſe
poſſe; quia tale pactum non fuit poſitum in di-
cto inſtrumento dationis inſolutum, ſed extra
in ſcripto,abſoluto prius dicto contractu datio
52 nis inſolutum, † vt apertè denotant verba il-
lius inſtrumenti ibi, actū Mutinę,cum ſequen-
tibus, quæ rem perfectam,& contractum abſo-
lutum ſignificant.Bal.in authentica quod ſine.
C.de teſta.Caſtr.in l.ſi is qui.ff.eo.& conſ.306.
ad primum quęſitum.col.1.vol.1.Card.cōſ.133.
col.2.in princ.Alex.conſi.14.in fin.vol.6.Ruin.
conſi.159.nu.11.vol.4.Iaſ.conſil.8.col.prima,
vol.3.Soc.conſil.142.col.1.vol.1.Menochius
conſi.48.num.3.
53 † Nec obſtat dum dicitur,hoc ſcriptum fuiſ-
ſe factum incontinenti; quia eodem die, loco,
& teſtibus, ergo videtur ineſſe, & inſtrumento
54 derogat; quia aduerti debet, † quòd etiam
conſtare debet, quòd eodem tempore quid ſit
factum,ad hoc,vt dicatur incontinenti factum,
ita ſignanter loquitur Bald.in d.l. legem. Aret.
in l.in bonæfidei, col.ſecūda, ibi, aut dubitatur.
C.de pact.Dec.conſi.544.nu.19.Ruin.in dicto
conſil.42.nu.28.& pulcrè Cagnol.in l.lecta,ff.
55 ſi cer.pet.n.154.cū ſequenti, † vbi declarando
illam opi. ꝙ pactum dicatur incontinenti appo
ſitum anteq̄ partes diuertiſſent ad extraneos
actus, licet lectus ſit contractus, exemplificat,
quando eodem loco & tꝑe & coram eiſdem te
ſtibus fuit factum, at hic non apparet,ꝙ eodem
tꝑe interceſſerit hoc ſcriptum, licet de die &
loco forſan conſtaret. Quinimmo fortius ſaltē
præſumptiuè cōſtat contrarium; qm̄ ille Seba-
ſtianus vnus ex teſtibus inſtrumētariis non fuit
pręſens dicto ſcripto, & ſic poſt eius diſceſſum
manauit ſcriptum: ergo dať intelligi hoc factū
poſt diuerſionē ad alios actus,aliàs ſi ante,veri-
ſimiliter ēt dictus Sebaſtianus interueniſſet,
56 † & iſta veriſimilitudo multum dēt in materia
probationis attendi, iuxta doctrinam Bal. in l.
ſcripturę.C.de fid.inſtr. quē refert & ſequitur
Cur.Iun.cōſ.202.nu.15.conſ.241.nu.16.& 19.
& cōſ.319.nu.14.dominus meus Rim. cōſ.156.
nu.14.& ibidem in apoſtillis dixi, & conſ.471.
57 nu.101.† immo iudex in depręhēdēda verita-
te dēt in primis attendere, qď eſt veriſimile, vt
inquit Aret. conſ.60.col.ſecunda, quem refert
58 Crau.conſil.61. num.9. † nam veriſimilitudo
diciť eſſe cognata naturæ,Bal.cōſ.180.mortuo
filio, vol.3. & adeo potens, ꝙ habetur pro lege.
Oldr.cōſ.15.cum quæſt.in fi. Secundò,quoniā
Vignola ſuꝑ ſcripto examinatus, dicit, ꝙ eodē
die & poſt celebrationē dicti inſtrumēti Mar-
cus,& Alphonſus fecerūt inſimul cōpoſitionē:
59 † illa em̄ dictio poſt,in dubio denotat interual
lum, vt per illum tex. benè ponderat D.meus
Rimi.in l. petens.pen.not. C. de pac.ſi ergo ſic

 intelli-

inteligendo Vignolam,ꝙ poſt ſcilicet ex inter-
uallo fuit facta cōpoſitio,ſequitur quòd nō in
continenti,ſicq; dubiū ceſſat omnino. Et ſtāte
ex prędictis inſtrumento dationis inſolutū in
ſuo robore,nō obſtante ſcripto,ſequiť dominū
Alphonſum malè agere cōtra dominum Anto-
nium, cum ex datione inſolutū ſit ſatisfactus.
Venio nunc ad reconuentionem ipſius Do.
Antonii, in qua repetit lib. 607. per errorem
ſolutas do. Alphonſo. cum enim ignorauerit
dictum cōtractum dationis inſolutum factum
de dicta domo inter dominum Marcum & D.
60 Alphonſum,† prout præſumitur ingnorantia
in facto alieno. iux.not.in l.1.ff.de cōdictione
indebit.l.fi.ff.pro ſuo,vnde Bart. in l. ex quacū-
61 que.ff.ſi quis in ius voc.† dicit,citatū à delega-
to nō trāſmiſſa copia delegationis non teneri
comparere,cum probabilis ſit eius ignorantia
delegationis: ſequitur dominus meus Rimin.
conſ.270.nu. 27. repetioni locus eſſe debet.
quia ſoluit ut creditori vero dicti Marci, cum
non eſſet,eiuſque intentio fundatur in inſtru-
62 mento ſolutionis dictarū pecuniarum,† quod
facit probationem probatam.iux. not.per Cy.
& doct. in l. prima C.de prob.Soci.cōſ.89. Iaſ.
& alii in l. prima ff. de oper. no. nunc. Dec.
conſil.36.cum ſimil. quæ ſunt notiſsima. Verū
quia pro parte D. Alphōſi producitur quoddā
ſcriptum priuatum, quod dicit fuiſſe factū ma-
nu propria domini Antonii,per quod annulla-
tur inſtrumentum ſolutionis,& ab eo receditur
cum expreſſa confeſsione Do. Antonii, quòd
ſibi fuerunt reſtitutæ pecuniæ; videndum eſt,
an dictum ſcriptum ſit de iure iuſtificatum:
quoniam dominus Antonius negat illud fe-
ciſſe, & manu ſua unquam ſcripſiſſe. Et in hoc
puncto dubitatur contra ipſum D. Antonium:
quoniam reperitur examinatus in primis Do.
Franciſcus Capellina deponens fuiſſe requi-
ſitum à Dom. Antonio,vt rogaret.D.Alphon-
ſum, quòd eidem domino Antonio vellet fa-
cere inſtrumētū abſolutionis; quia ipſe poſtea
ſibi faceret vnum ſcriptum priuatum,in quo di
ſcederet à dicto inſtrumento, ſubiungitque de
hoc rogaſſe dictum Alphonſum ex parte do-
mini Antonii, qui id facere promiſit, & ſic
præcibus ipſius teſtis remanſerunt concordes
de faciendo dictum inſtrumentum & ſcriptum
in præſentia ſua, & illicò iuerunt ad notarium,
& deinde ambo eidem dixerunt feciſſe inſtru
63 mentum & ſcriptum modo quo ſupra; † hic
enim teſtis facit ſemiplenam probationem,
quatenus deponit de veritate rei,cum ſit omni
exceptione maior; quia tunc erat Vicarius ter
ræ Plebis,iuxta not.per Bar.& omnes in l. ad-
64 monēdi.ff.de iureiur. † immo pluſquàm ſemi-
plenam; quia deponit de facto ſuo, iuxta not.
per Paul.de Caſt.in l.quicunque.C.de ſer.fug.
in fi.cū aliis per Dec.conſi.342. quatenus verò
deponit de confeſsione partium præſentium
ſibi facta de inſtrumento & ſcripto celebratis,
65 facit aliam ſemiplenam probationem; † Quæ
ambę ſemiplenę probationes ſimul coniungun
tur ad faciendum vnam plenam probationem,
licet ex vno & eodemmet teſte reſultent, cum
ſuper diuerſis capitulis tendāt, iuxta deciſionē
Bald.in l.Gallus.§.ille caſus. ff.de lib. & poſth.
quem Iaſ.Soci.& Claud.Aquenſ.ſequūtur ibi,
illum ſaluantem ab obiectis Alexandri,idemq;
ſequitur Pariſ.conſi.57.num.22.cum ſequent.
vol.1.& Ruin.conſi.46.num.11.vol.4 ubi con-
cludunt, quòd vnus teſtis de ueritate & confeſ
ſione parte præſente pariter plenam probatio-
nem debet inducere.
66 † Fortificatur & ſecundò,hæc concluſio,dato
quòd dictus Capellina ſemiplenè tantùm pro-
baret;quoniam examinati ſunt duo teſtes aliàs
ad ęternam rei memoriam ſubſcripti dicto ſcri
pto,deponentes illud fuiſſe ſcriptum manu D.
Antonii ipſis præſentibus, & videntibus, qui
licet videantur nulliter recepti ob defectum
citationis, qualemqualem tamen faciunt præ-
ſumptionē,ut in terminis probat Ruin.cōſi.46.
67 nu.10.uol.4.† Itē concurrunt plures alii teſtes
examinati ſuper recognitione ſubſcriptionum
dictorum duorum teſtium,dicentes eas eſſe ma
nu illorum; quia habent notas eorum literas,
& manum, qui licet non deponant uidiſſe fieri
per eos dictas ſubſcriptiones,ſemiplenè tamen
probant,ut latè tenet idem Ruin.in d.conſ.46.
nu.9.qui teſtes examinati ad ęternā rei memo-
riam licet parte non citata de ueritate ſcripti,
& alii ſuper recognitione dictarum ſubſcriptio
num iuncti cum dicto Capellinæ deponētis de
ueritate ſcripti plenam probationem faciunt,
probātque dictum ſcriptum eſſe manu præfati
Do. Antonii, ut latiſsimè deducit in terminis
Ruin.in d.conſi.46.nu.10.& ſequenti per totū:
68 † ſic etiā uidemus, duas præſumptiones ſimul
iunctas unam probationem facere, glo.in l.in-
ſtrumenta.C.de probat.& in c.cum dilectus,de
ſuceſſ.ab inteſt.Calcan.cōſil.8.col.5.Crau.cōſ.
143.nu.12.ulterius accedit alius teſtis.6.in or-
dine, deponēs ſe allocutum fuiſſe D. Antoniū
ex parte D.Alphonſi de eius credito, qui ſibi
reſpōdit(ſcil ſe acquietaſſe maſtro Marco Melo
no,lui ſatisfarebbe dō Alphōſo)ergo præſupo-
nebat eius creditū durare,& ſolutionem dicta-
rum pecuniarum,de qua in dicto inſtrumento,
69 fuiſſe ſublatam ex dicto ſcripto. †, qui teſtis
corroborat aliqualiter ꝓbationes ſupradictas
ſimul eis unitas,iuxta uulgare dictū,quòd quæ
non proſunt ſingula multa iuuant l.excuſantur
in princ.& ibi gloſ.concordantes allegat. ff.de
excuſa.tut.Corn.conſil.101.in fi.uol.ſecundo,
Pariſ.conſi.17.in fin.uolum.4.Luchin.de Cur.
conſ.61.nu.11.Franciſ.Mar.de Plot.conſil.67.
nu.22. & Antonius Galea.Maluaticus cōſ.110.
70 nu.7.primo Tomo crimi. † & notant abundè
doctores in c.cum cauſam. de probat. maximè
Dec.dicētes, ꝙ plures imperfectę probationes
coniunguntur ad vnā plenā probationē faciēdā.
Iſtis



Iſtis tamen non obſtantibus ſuſtineri pōt in-
tentio D.Antonii ex dicto inſtrumēto ſolutio-
nis, quod eā probat, vt ſupra dixi. Nec obſtant
dubia ſuperiora: quia ſigillatim reſpondendo
71 ad vnumquodque, † circa primum dico, quòd
ille Capellina quatenus deponit de facto ſuo:
quia rogatus rogauit, non eſt idoneus teſtis,
cum laus, vel oprobrium ipſi poſſet euenire ſu-
per eo quod dicit, iuxta deciſ.Spec.in titul.de
teſt.§.1.verſic.ſed pone,& tradit Alex.in Vica-
rio loquens, prout erat iſte, conſil.85.col. pen.
uol.ſecundo,& in alio officiali, Abb. conſil.16.
col.fi.uol.primo, Curt.Iun.conſ.165.col. pen.
Iaſ.in l. ſanum.C.de tranſact. Natta conſi.609.
num.46.Dec.conſi.463.num.11.Cephal.conſ.
65.num.23. Senatus Pedemontanus deciſ.79.
nu.40. Celſus Vgo cōſ.primo nu.38. Probatur
aſſumptū,nā deponit, quòd ipſe teſtis promiſit
domino Alphonſo, quòd D. Antonius faceret
ei ſcriptum priuatum: quia ergo ſi dictus An-
tonius faceret ſcriptum poſſet ſibi ſequi laus, ſi
verò non faceret ſcriptum D. Antonius ipſi te-
ſti ſequeretur oprobrium nō adimplendo pro-
miſſa, meritò fides ei non eſt danda.† Secundò
72 patitur alium defectum: facit enim ſe media-
torem inter D. Antonium & D. Alphonſum:
quia rogatus ab vno dicit aliū rogaſſe, & quòd
eius præcibus remanſerunt in concordia: † fuit
73 ergo mediator compoſitionis huius inſtrumen
ti & ſcripti, ergo non eſt idoneus, niſi vtraque
parte volente, etiam ſi non recipiat ſalarium, vt
latè tradit,& dicit eſſe communē Alex. cōſ.13.
col.5. vol.1. conſil.127. vol.ſecundo, conſ.18.
col.5.vol.4.conſi.167.volum.6.Corn.conſ.81.
vol.9.Caſſa.conſ.18.nu.11.
74 † Benè verum eſt, ꝙ Bal.conſ.216.videndum
eſt primò de teſtibus, col.2.vol.2.in anti.& Ber
tran.conſ.225.vol.3. nouiſsimorum dixerunt,
proxenetas, ſiue mediatores communiter eſſe
viles homines, & qui ſperāt proxeneticū vnde
75 percipitur commodum, † quapropter ex his
lex habet eos ſuſpectos, niſi producantur de cō
ſenſu eiuſdem partis c.1.de teſti. in 6.& officiū
ſordidū habere dicuntur, glo.in l.fi.ff.de proxe.
76 ſed † ſecus eſt in his, qui non ſunt huius profeſ
ſionis, licet ſint prolocutores & amicabiles tra
ctatores.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arb.vnde
ſi forte caſualiter interfuerunt contractui, &
pro eius implemēto partes adiuuarunt, aut ad
eorum tractatum partes tranſigerunt, & ſuas
differentias compoſuerunt, nō poſſunt propriè
dici proxenetæ, nec repelli debent, vel in toto,
vel in tanto à teſtimonio, ſed in dubio repu-
77 tari debent omni exceptione maiores.† Quin
in proxeneta dixit Alex. conſil. 43. numero 4.
vol. 7. ex qualitate fidem augeri, veluti quia
78 ſit clericus ſeu ſacerdos, † cum tales teſtes ſint
maioris fidei, & eorum teſtimonium cęteris
paribus præferatur teſtimonio laicorum. Butr.
in c.ſecundo, de elect. Ang.in auten.de teſti.ad
79 fi.prin. Abb.in c.ad noſtrā.de prob.† demumq;
pariter Alex.cōſ.127.col.fi.vol.7.poſt Ab. in c.
dilectorū.de teſti.cogn.declarando cōcluſionē
doctorū de qua ſupra, quòd mediator deponere
non poſsit altera parte contradicente, eam in-
tellexit quò ad plenam fidem, at ſecus quò ad
fidem Iudicis arbitrio, qui conſiderabit ex cir-
cunſtantiis, qualitate perſonæ, & cauſæ quanta
fides ei præſtari debeat.
80 † Sed tamen à recepta doctorum ſententia
recedendum non puto: quoniam Alex.in alle-
gato conſ.85.col.pen.vol.2. loquiť in Vicario.
Abb.in conſ.16.col.fi. in prima par.in officiali
diuerſo.Dec.in conſ.463. in quodā magnifico
Domino Iacobo Saluiato viro magnæ auctori-
tatis, Celſus Vgo in d.conſ.1.nu.38. in duobus
Secretariis Illuſtriſsimi cuiuſdam Ducis, qui
ſinguli nec erant viles homines, ſed graues, &
nobiles, nec anhellabant ad aliquod proxene-
ticum, nec officio proxenetarum incumbebant,
81 † & tamen concludunt eos inuita parte nō ad-
mitti in teſtes, igitur ex eis impugnantur, &
Bald.& Bertran.tantoq; magis attenta ratione
Doctorū poſt gloſ.in §. quoniam, in authētico
de teſti.vt refert Alex.conſil. 13. col.5.vol.1. &
82 conſ.85.col.penul.vol.2. † quia veriſimile eſt,
quòd optet proxeneta perfici, & firmitatem ha
bere quod tractauit, & in quo perficiendo labo
rauit: hæc enim ratio militat quicunque ſit ēt
nobilis, & graduatus, vt quæ fieri procurauit fir
ma ſint, & ſeruētur honoris ſui gratia, cuius im-
modici appetētior eſt, vt deſcribit Egidius, lib.
1.de regi.princi.par. 3. Guil.Benedi.in c.Ray-
83 nutius, gloſ.1.de teſta. † & Tiraquel.in tracta.
de nobili c.23 qui verbum appetentior in am-
bitioſiorem vertit, poſt Georgiū Trapeſuntiū,
& quicquid de Clerico, vel Sacerdote dixerit
Alex.in d.cōſ.43.uol.7.nos uerſamur in laico,
nec ad arbitrium Iudicis reuerti poteſt ex cir-
cunſtantiis in caſu noſtro, quo magis huius Ca-
pellinæ fides augeatur, ſed potius, vt funditus
proſternatur: quoniā præter duos memoratos
defectus, ꝙ de laude ſua, vel oprobrio tractat,
84 & quòd fuit mediator, † tertius concurrit,
quòd deponit de quodam tractatu, ex quo non
probatur concluſio; quia multa tractantur, quę
non fiunt, Bald. in l. cum allegas. C. de vſur.
Alexander in dicto conſil.13. col.penul.dicto
85 cōſ.18.col.6. † Quartò, quia deponit de inſtru
mento abſolutionis faciēdo per dictū Alphon-
ſum Do.Antonio, ſine aliqua ſolutione pecu-
niarum, vocando dumtaxat ſe ſatisfactum à
domino Antonio, & tamen inſtrumentum ab-
ſolutionis aliter cantat, videlicet nedum de
confeſsione dicti Alphonſi, ſed etiam de uera
& actuali numeratione pecuniarum ei facta,
ex quo inſtrumento apparet teſtem mentiri, &
86 de falſo reprobari, † cumque in hoc reprobetur
in aliis etiam ſibi non creditur, Innoc.in capit.
fraternitatis.de hæret.Alex.conſ.27.col.2.uol.
2.cum aliis per Dec.conſ.105.colum.4. in fin.
87 Craue.conſ.6.col.4. † igitur cum tot defectus
patiatur,

patiatur, ſequitur dictũ ſuum annihilari: ſicut
enim plura adminicula ampliant probationẽ,
ita plures defectus eã anihilant, & deſtruunt,
vt ponit Soci.conſ.118.col.antep. verſ.poſtre-
mò.uol.primo.Marſ.ſingul.385.Grat.reſponſ.
59.num.41.uol.2.Gramma.conſi.45.num.22.
Rol.à Valle conſi.24.nu.61.uol.1. Cephal.cõſ.
65.nu.27. minus etiã probat quatenus depo-
nit de prædicta confeſsione: licet enim dicat,
quòd deinde ambo ſibi dixerunt feciſſe dictum
inſtrumentum& ſcriptum, nõ tamen infertur,
quòd fuerint præſentes, & aliter dixiſſe potuit
88 in abſentia alterius: † ergo non concludit
amborum præſentiam.l.non hoc C. vnde legi.
89 † immo fieri debet interpretatio contra pro-
ducentem, quòd alter ab altero fuerit tunc ab-
ſens.l.inter ſtipulantem.ff.de uerb.oblig.Alex.
90 conſ.19.uol.4.† cumq; talis confeſsio pariter
in abſentia ſicut in præſentia fieri potuerit, in
dubio præſumitur abſentia, ex quo teſtis non
dicit ambos præſentes id dixiſſe.iuxta not.per
Caſtr.& Aret.in l.Titia.§.pen.ff.de uerb.oblig.
Caſtren.in l.illud.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.Ruin.
91 conſ.154.nu.11.uol.5. † quo ſic ſtante talis te-
ſtis nõ facit indicium, cum ſolus deponat, nam
ſi duo eſſent, facerent ſolùm ſemiplenam proba
tionem, ita tenet Alex.conſ.13.col.pen.in fin.
uol.1.conſil.18.uol.4.conſ.59.uolum.5.deciſ.
92 Neapol.364.nu.4. † maximè verò, ꝙ Mutinæ
ius ciuile ſeruari dẽt, uelut Imperii ciuitate,
& ab eo recognita, vt teſtatur Socin.conſ.28.in
princ.uol.3.vnde ceſſant, quæ dicit Fel. in c.ſi
cautio.de fid.inſtr.de cõfeſsione abſente parte
ſecundùm terminos iuris canonici. Et ex præ-
dictis dubium primum corruit: cum enim nec
in primo nec in ſecundo dicto ſemiplenè ꝓbet
ceſſat coniunctio de duabus ſemiplenis proba-
93 tionibus reſultantibus in eodem teſte.† Prçte-
rea Bal. in dicto. §.ille caſus, loquitur quando
vnus teſtis deponit de veritate, idemque vnà
cum alio de fama.ita quòd ipſe ſolus nõ adim-
plet plenam probationẽ, prout in caſu noſtro
arguĩt, & quo caſu Bal. non loquitur nec eo ca
ſu Alex.Iaſ.Soc.Aquenſ.& Pariſ.admittunt de
ciſionem Baldi vt per eos.
94 †Ad ſecundum verò de teſtibus examinatis
ad çternã rei memoriã, qui faciũt præſumptio
nẽ, licet parte non citata, reſpondetur, Regulã
eſſe, quòd teſtes qui iurarunt parte non citata
nõ probant nec plenè, nec ſemiplenè l.ſi quan-
do C. de teſt.c. ſecundo, eo.titulo, tradit Imol.
conſil.137.Roma.conſil.192. colum. prima.&
ibi Horatius Mandoſius in addi.alios adducit
Alex. conſi.24.in fi. uol.4.Aret.conſi.163.col.
95 ſecunda, Cur.conſi.62.col.3. † adeo quòd etiã
non faciunt indicium, Bart. in l. maritus, & in
l.fin.in fin.ff.de quæſtio. Abb. Imol. & Fely.in
dicto.c.ſecundo, per illum tex.in uerbo nullius
96 momenti, † quæ verba excludũt indicium ẽt
modicũ. Fely.in c. cũ dilecti. de acuſ.Aret. de
malef. in ver.fama publica, verſiculo quæro,
quælibet.Marſ.conſi.8.conſ.35.conſi.59. cum
ſimilibus, quos latè congerit Senatus Pedemõ
97 tanus deciſ.79.nu.18.† vbi citat Marſilium in
l.1.ff. de quæſt. qui loquitur in crimine maie-
ſtatis lçſç, Felynum in dicto c.ſecundo, qui lo-
quitur in cauſa expedienda iuris, omiſſa ſolen-
98 nitate, & ſolùm de iure gentium † immo verò
etiam ſi eſſemus in caſibus, in quibus procede-
retur ex argumentis & præſumptionibus, nam
tunc etiam teſtes recipi non poſſunt parte non
citata, ſecũdũ Felynum ibi nu.12. Soc.cõſ.12.
nu.5.uol.1.cõſ.13. nu.6.uol.4. Brun.conſ.21.
99 nume.7.† immo dato quòd ſola facti ueritate
inſpecta procedatur, non poteſt etiã credi teſti
bus examinatis parte non citata, ſecundũ Bar.
in extra.ad repri.verbo figura. col. fi.nuer.ſed
an præſente parte, & Senatus Pedẽ.loco præal-
100 legato, † quorum omnium ſententia. vincere
dẽt, quicquid dixerit Ruin.in d.conſ.46. Dec.
in d.c.ſecundo.col.5.Soc.conſ.90.col.6.vol.3.
101 & Gramma.deciſ.11.nume.12. † qui moue-
tur ex not. per glo.in c.cum olim.de priui.vbi
teſtis non iuratus facit indicium, ergo etiam
receptus parte non citata. Item mouetur Dec.
ex not.per Bar. in l. admonendi. ff.de iureiur.
vbi teſtes inter alios faciunt contra tertium ſe-
102 miplenam probationem, † quoniam loquun
tur contra communem opinio.ut ex prædictis
patet. Et ad gloſ.prædictam reſpondetur, illam
loqui quò ad adiuuandas alias probationes
factas, non autem quòd teſtis receptus parte
non citata per ſe faciat præſumptionem, uel
103 indicium: † deciſio uerò Bart. uel eſt contra
cõmunem, uel in antiquis tantũ procedit, ut
per Ripam col.pen.& Cur.in d.conſ.62.col.3.
in ſuper caſus Ruin. in d. conſilio 46. à no-
104 ſtro differt: † ibi enim aderat unus teſtis legi
timè examinatus, quique defectum non patie
batur, qui fuerat prçſens confectioni ſcripturæ
concurrebãt & alii habentes notas literas, po-
ſtea aderat alius examinatus parte non citata
ad çternã rei memoriam, quẽ uult facere præ-
ſumptionem, quod tolerari põt ad coadiuuan-
das alias probationes ibi extantes.iux. glo.in
d.c. cũ olim, maximè quia fuerat examinatus
in articulo mortis.ut inquit Ruin.quç hic ceſ-
105 ſant, † nam Capellina multos defectus pati-
tur, vt ſupra deduxi, ita quòd nihil probat, te-
ſtes uerò cognoſcẽtes literas deponunt de ſub
ſcriptionibus ſcripti, nõ autem de ipſo ſcripto,
quæ longè differunt, ut mox dicã. nec examina
tio iſta ad çternã &c. facta eſt in articulo mor-
tis, ergo non debet facere præſumptionem, cũ
non adſint aliæ probationes, quæ coadiuuari
poſsint. & ſic conſilium Rui. à caſu noſtro di-
106 uerſum eſt. † Sed ulterius aduerti debet, ꝙ ad
hoc ut teſtes ad perpetuã memoriã examinati
fidem faciant, multa debent cõcurrere. Primò
ꝙ examinentur à ſuo Iudice, ideſt ab eo qui in
cã principali, quando moueretur, eſſet futurus
Iudex.ita Bart.in l.ſocietatẽ §.arbitrorũ col.4.
ff.pro



ff. pro ſoc.in l. cum hi. §. tranſactiones. ff. de
tranſa.Alex.conſ.108.col.2.uol. 5. ſaltẽ quan-
do ſunt in loco iudicii præſentis aut futuri.
107 Soci.cõſ.244.col.3.uol.2.† item quòd ſubſit
cauſa, uidelicet timor mortis uel abſentiæ ſecũ
dùm Bar.in d.l.fi.C.de uſur.pup.Fely.ĩ c.ſigni-
ficauit.col.3. de teſtib. Dec.conſ. 302. col. 2.
108 †Tertiò, quòd pars citetur Doct.in authẽtica
ſi quis C.de teſtibus. Quartò, ꝙ Iudex benè de
cauſa informatus prius interloquatur & pro-
nuntiet, teſtes examinandos eſſe ualetudina-
rios uel diu abſuturos, & ſic quòd conſtet de
timore mortis vel abſentiæ. ita Spec. de offi.
omnium iud.§.poſtremò, uerſ.itẽ ſi teſtes.gloſ.
& Bart. in l.l.aquilia ff. ad leg. aquil. Soci. d.
conſ.244.col.4. Guido Pap.quæſtione 231.at
nullum iſtorum quatuor hic concurrit, meri-
tò ſequitur, quòd iſti duo teſtes etiam ex hoc
capite nullam fidem faciunt, & ita in terminis
in notab. caſu decidit ex prædictis Soci. Iun.
conſ.86.nu.14. vol.ſecundo, quod benè notan-
109 dum eſt † ad aliud de teſtibus examinatis ſu-
per recognitione ſubſcriptionum ex notitia
manus, qui(ut dicitur)faciunt ſemiplenã pro-
bationem ſecundùm Ruin. in dicto conſi. 46.
aduertendum eſt, quòd immo nec ſemiplenè
probant, cum teſtes debeãt deponere, ſe fuiſſe
præſentes ſcripturæ, & uidiſſe eam ſcribi, non
autem modo ſupradicto §. ſi quis igitur. & §.
ſequenti.§. ſed & ſi quis tamen, in authentico
de inſtr.cau.Bar.in authentica & ſi contractus.
C.de fid.inſtr.in l. nuda. ff.de don. Bart. in d.l.
admonendi.& poſt eũ Fulg. Saly.Caſt.& alii ff.
de iur.iur.Butr.& Ab.in c.ſecundo, de fid.inſtr.
Corn.cõſ.18.uol.3.Alex.conſ.76.vol.3.Rui. ſi
bi contrarius conſ.131.in fi.uol.primo, cõſ.193.
in fi.vol.ſecũdo, conſi.12.nu.8.uol 3.& cõſ.79.
col.2. vol.4.deciſ.Neap.181. ad fi. Dec. conſ.
615.col.2. Bertran. conſi. 140. uol. 2.Soc.Iun.
conſ.57.col.pen.nu. 18.uol. ſecundo, cũ ſimil.
110 †ſed vlterius accedit, ꝙ iſti teſtes deponũt nõ
de propriis ſubſcriptionibus (nõ enim ſunt de
ſubſcriptis) ſed de ſubſcriptionibus aliorũ quo
modo ſcriptura priuata non iuſtificatur, nam te
ſtes debent deponere de propriis ſubſcriptio-
nibus, non autem atteſtari de ſubſcriptionibus
aliorum, ut tradit in terminis Aret. conſ.64.
111 col.3.verſ.ſed dato † Et ratio differentiæ ſub
eſt, quia ſi deponunt de ſcripto uel propriis ſub
ſcriptionibus adiectis ſcripturæ ipſam iuſtificãt
ſecus in recognitione ſcriptionũ aliorũ, cũ ſtẽt
ſimul, eas eſſe manu eorum qui eas fecerunt, &
tamen quòd principalis ſcriptura nõ ſit manu
eius cuius eſſe dicitur, priore autẽ caſu loqui-
tur Rui.in d.conſ.46. non autem.2. meritò ad
rem non facit.
112 Nec obſtat coniunctio iſtorum teſtium ad
plenam probationem conſiderata in caſu no-
ſtro per Ruin.in dicto conſ. 46. quia quicquid
eſſet in caſu Ruini, clarũ eſt in caſu noſtro, hoc
113 fieri non poſſe † prima enim probatio ex dicto
Capellinæ eſt imperfecta, quia eſt unicus tatũ
& non idoneus multipliciter, vt oſtendi, nec
in dicta confeſsione ſemiplenè probat, ut dixi.
114 † Secunda verò probatio de duobus teſtibus
examinatis ad çternam memoriam pariter eſt
imperfecta in ſua ſpecie multis reſpectibus, qui
bus ſupra, ita quòd non facit indicium, ut fuit
115 oſtenſum. † Tertia quoq; de teſtibus ſuper ſub-
ſcriptionibus non facit ad rem, neque conclu-
116 dit, vt dixi † meritò ſequitur quòd tales pro-
bationes imperfectæ in ſua ſpecie non coniun
guntur, vt not.Bal. in l.ſi qs ex argentariis.§.1.
in 4.nota.ff.de eden.ſequitur Alex. conſil. 13.
col fi.uol.1.Fely.& Dec.in c. cum cauſam. col.
pen.de prob.Ripa in dicta.l.admonendi.col.fi.
ſecunda fal.Pariſ.conſi.79.nu.15.uol. 3.
117 †Ad vltimum reſpondetur, ꝙ ille teſtis eſt ꝓ-
curator domini Alphonſi, ut ipſe dicit, ideo
admitti non debet, Alex.conſ.13.uol.1. itẽ de-
ponit de confeſsione conditionali, cuius cõdi-
tio defecit. quia Marcus non aquieuit, ſed
fecit condemnari. D.Ant. Item deponit de cõ-
feſsione parte abſente, quæ requirit duos te-
ſtes, ut ſemiplenè probet, ut ſupra dictum fuit
meritò cum aliis probationibus coniungi non
118 poteſt ex prçdictis † & cum ex prædicto inſtru
mento ſolutionis ſit fundata intentio domini
Antonii ad tollendum illud non ſufficiunt præ
ſumptiuç probationes, & coniecturæ, ſed cla-
ræ, vt in ſimili de reſciſione laudi tradit Soc.
119 conſ.194.col.fi.uol.2.† & ſicut actore nõ pro-
bante reus debet abſolui. l. qui accuſare. C.
de eden.ita actore probante, ut in caſu noſtro
dominus Antonius ſolutionem probauit ex
dicto inſtrumento, ſi dominus Alphonſus reus
non probat concludenter & clarè exceptionẽ
ſuam, condemnari debet. Bar. Alex. & Iaſ.in l.
non ſolum.§.ſed ut probari. ff.de op.no.nunc.

*Hippoly.Rimin.Ferrar*

## Pro Figaſſechis, & Nobilibus omnibus de Sarzana Ciuitate.

### ARGVMENTVM.

Pulcherimè tractatur iuris patronatus materiam inter duas familias contendentes, quarũ quçlibet illud eſſe ſuum prçcipuum dicebat. Ad vtranque çqua lance id ſpectare deciditur, ſicq; concordia communis inter litigãtes ſeruatur.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præſumuntur acta omnia nomine proprio non autem alterius.*
*Fallit ſi quid prius factum fuit nomine cõi.* 45. 49.
*Et quando præſumptiones ſunt in contrarium.* 48.
2 *Tempus antiquum dicitur centum annorum.*
*Quæ ſententia communis eſt.* 3.

*Conietura*

4 *Coniecturæ ſufficiunt, & indicia ad probandum antiquitatem.*
5 *Præſumuntur oĩa intercesſiſſe ex tẽporis antiquitate.*
*Fallit in multis caſibus remiſſiue.* 49.
6 *Eius eſt nolle cuius eſt velle.*
7 *Nemo poteſt dare quod non habet.*
8 *Recognoſcens rem ab aliquo fateri videtur illum eſſe dominum.*
9 *Confeſſio auctoris nocet omnibus habentibus cauſam ab eo.*
10 *Ius patronatus ceſſione probatur.*
*Secus abſolutione pactoue de non petendo.* 51.52.
11 *Ius patronatus venit in hæreditatis venditione.*
*Quæ ſententia communis eſt.*
12 *Præſentatio debet ad eũ pertineri ad quem priuatio ſpectat.*
13 *Declaratio diſpoſitionis præcedentis ſumitur ex ſequentibus & ſubſecutis.poſtea.*
14 *Poſſeſſio præſentandi quæritur per primam præſentationem.*
15 *Ius patronatus præſcribitur ſpacio 40. ãnorũ ad plus*
*Saltim vbi eccleſia ſupponitur patronata.* 16.
*Licet ſimpliciter articulus ſit amplus.*
17 *Præſentatio diutina facit eos præferri qui eã fecerũt.*
18 *Temporis longi lapſus habet vim tituli.*
19 *Inſtitutio habet vim ſententiæ quæ tranſit in rem iudicatam, ſi quis cõparet & opponit vel conſentit.*
20 *Ius patronatus ex quibus ad litigantes equa lance pertineat.*
21 *Originaria natura iuris patronatus attendi debet.*
*Sicut & cuiuſque contractus.*
22 *A primordio tituli poſterior euentus formatur.*
23 *Ius patronatus per ſolam dotationem acquiritur.*
*Etiam ſi dos conſtituatur eccleſiæ futura.* 24.
*Saltem ſubſecuta conſtructione.* 25.
*Ius enim perfectè queritur.*
*Et vbi dos à pluribus conſtituitur.*
*Ius patronatus omnibus acquiritur.* 26.28.
*Licet plus vnus alio contulerit.* 44.
*Idemque in dotatione capellæ vel altaris, quòd in eccleſia locum habet.* 27.
29 *Ius patronatus ex indicijs antiquis probatur.*
*Et per verba enunciatiua.* 30.
*Et nomine communi factum præſumitur.* 31.
32 *Argumentum ex teſtamento reuocato ſumi nõ poteſt.*
*Voluntas tamen ſic.* 33. *ſicut ex nullo.*
*Si veriſimilis ſit.* 34.
35 *Principalis intentio debet attendi.*
36 *Obſeruantia ſubſecuta ſupplet probationem tituli præcedentis.*
*Sicut & actum præcedentem declarat.* 37.
38 *Soluens vigore tranſactionis cenſetur eã approbare.*
39 *Communio bonorum donatorum veriſimilis eſt inter fratres.*
40 *Præſentatione vnius communi nomine, facta duorũ ius alterius conſeruatur.*
*Nec requiritur ratificatio.* 41
42 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
43 *Conſenſus Epiſcopi lapſu longi temporis præſumitur.*
44 *Dotantes licet inequaliter ius ambo acquirunt.*
45 *Præſentatio facta per vnum tantum non tollit ius alteri queſitum.*
*Et facta ſimpliciter præſumitur facta cõi nomine.*
*ſicut præcedens iam facta.* 46.
47 *Interpretatio fieri debet per quã delictũ excludatur.*
50 *Inſtitutio Capellæ non tollit ius duobus quæſitum.*
51 *Inſtituens poteſt alium licet extraneum in ſocium admittere.*
52 *Abſolutio & pactum de non pet. quid operetur.*
*Et abſolutionis verba reſtringũtur ad ſuam cauſam.*
53 *Inſtrumentum non includit id de quo non loquitur.*
54 *Præcij quantum confert ad interpretationẽ cõtractus*
55 *Petimus quod non habemus.*
56 *Verba ſpecialia reſtringunt generalia quibus ſubijciuntur.*
57 *Priuatio limitata ad vnum finem non operatur aliũ*
58 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
59 *Teſtator dans facultatem dandi prædium eccleſiæ non dicitur hæredem patronum eccleſiæ conſtituere.*
60 *Legato ſimplici legans non acquirit ius patronatus.*
61 *Ius patronatus non præſcribitur cum mala fide.* 64.
62 *Præſumitur contra non producentem teſtamentum.*
*ſicut nec librum.* 63.
65 *Præſentatio procuratoris ſine mandato nullum ius tribuit.*
66 *Bona fides requiritur ẽt in præſcriptione centum annorum.*
67 *Mala fides defuncti impedit hæredes præſcribere.*
*Et eſt communis opi.* 68.
69 *Inſtitutio quatenus & quando præiudicet.*
70 *Petitorium cumulari poteſt cum poſſeſſorio de conſenſu partium,*
*Et petitorium abſorbet poſſeſſorium.* 71.

## CONSILIVM CCXIIII.

*Auxilium meum à Domino.*

*CVM almo Collegio Ferrariæ caſus infraſcriptus conſulendus deciſiuè trãſmiſſus fuiſſet, & onus id peragendi mihi fuiſſet impoſitũ eo peracto, cum cæteriſq; Iureconſultis ipſius Collegij communicato & approbato, viſum mihi fuit conſilium ſub nomine totius Collegij conditũ in publicum edere per modum infraſcriptum, videlicet.*

IN cauſa nobis tranſmiſſa à Reuerendis Canonicis eccleſię Cathedralis ciuitatis Sarzanę, vt conſulamus, quæ ſint eorum partes in cauſa vertente inter deſcendentes olim Ludouici Figaſechę ex vna, & filios olim D. Lazari de Nobilibus de Marcaiſio ſeu de Cataneis ex altera.

Aliqua videbantur ſuadere, quòd ius pręſentandi ad capellam ſancti Leonardi ſitam in Eccleſia cathedrali ciuitatis Sarzanę in totum pertineret ad prædictos de Nobilibus.

Et primò, quia de anno 1452. Do. Franc. Figaſecha, cuius in effectu ſunt hæredes prędicti de Nobilibus, ſolus præſentauit, & ab eo præſenta-



tus fuit admiſſus à Reuerendis Cano
nicis. Item de anno. 1554. ſolus cõpromiſſum
fecit de re ad dictam Capellam ſpectante. item
& de anno. 1456. ſolus bona Capellę locauit,
omniaque geſsit vti dictæ Capellę patronus,
vt in inſtrumentis ſuper hoc exhibiti videri
1 poteſt † Quæ omnia cenſentur geſta ꝓprio no
mine, non autem ẽt fratris, vel alterius. l. &
magis. ff. de ſolut. Bar. in l. ſi patruus. col. 2. C.
comu. vtriuſque iud. & in l. Titia. §. altero. ff.
de adminiſ. tut. & Dec. conſi. 651. ſub. nume. 2.
2 † & cum ſimus in antiquis, in his ſcilicet, quæ
acta fuerunt vltra metam centum annorum
iuxta notata per Innoc. in capitulo veniens.
de veb. ſigni. cum ſimilibus, per Alexand. in l.
cũ aliquis. C. de iure dell. qui dicit communi
ter teneri, tempus annorum centum ſufficere
ad dicendũ quid eſſe in antiquis, quod ẽt tra-
dit Dec. conſ. 13. col. 6. deciſ. Neap. 245. col. 3.
Boeri. deciſi. 39. col. 4. Et latè Craue. in tract.
de anti. temp. in princi. Petrus Duenas regula
299. fall. 7. Cephal. conſ. 250. nu. 18. Iaſon conſ.
3 148. nu. 7. & 8. vol. 4. † Senarus Pedemõ. deciſ.
173. nu. 8. qui communem fatetur, profectò fa
ciunt prædicta inſtrumenta pleniſsimã fidem
4 iuris patronatus, † quia ad eius probationem
propter tẽporis antiquitatem ſufficiunt conie
cturæ, & indicia. Bald. conſil. 310. vol. 5. Abb.
conſil. 54. vol. primo, Dec. conſ. 135. col. 1. &
5 174. col. 2. circa medium † & præſumuntur
ẽt ob diuturnitatem temporis omnia requiſi-
ta interceſsiſſe, vt habetur in dictis locis per
gloſ. & Doctores in c. peruenit. de emp. & vẽd.
Anch. conſi. 135. ex conſiliis. cum aliis copioſè
deductis per Dec. conſ. 341. nu. 3. Do. meus Ri
minaldus conſi. 429. nu. 28. 29. 30. & in ſpecie
per Roch. in trac. de iure patro. in ver. Pro eo,
quod de diœceſani. in 7. q. princip. & Paul. de
Cittadinis in eodẽ tract. in prima cã 3. partis
q. 31. Nec videbãtur admittendi deſcendẽtes
Ludouici Figaſechę, vbi vellẽt negare, ꝙ ius
patronatus in totũ pertinuiſſet ad D. Frãciſcũ
ex eo quòd in ſecundo teſtamento ſuo dat fa-
cultatem Do. Io. Franciſco priuandi Capella-
num, & etiam Do. Io. Franci. eorum Auctor in
prima præſentatione per illum facta, & ab eiſ-
dem producta fatetur ſe fuiſſe conſtitutum pa-
tronum ab eodem in ſuo vltimo teſtamento,
6 † cum enim eius ſit nolle cuius eſt velle. l. eius.
ff. de reg. iur. Do. Franc. dans facultatem priuã
di Capellanum videtur habuiſſe ius eum prę-
7 † ſentandi, & cum nemo poſsit dare, quod non
habet l. nemo põt. ff. de reg. iur. l. traditio ff. de
acqu. rer. domi. vtique Do. Ioan. Franc. qui fa-
tetur ſe ab illo patronum conſtitutum, dicitur
8 etiã fateri, quòd ille patronus erat, † quemad-
modum regulariter rem ab alio recognoſcens
dicitur fateri illum eſſe dominum. Bal. in lege
cenſualis. C. de donatio. Anch. conſ. 310. col.
9 2. & Guid. Pap. q. 172. † & confeſsio Auctoris
nocet omnibus habentibus cauſam ab eo, auct.
qui rem. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. Salyc. in l. fin.
col. fin. C. de iure emphite. Soc. conſ. 50. col. ſe-
cunda vol. quarto & Ruin. conſ. 128. nnmero.
16. vol. ſecundo.
10 † Secundò videtur comprobari iura illorũ
de Nobilibus ex ceſsione facta de anno 1520.
per Io. Baptiſtam de Figaſechis, nepotem præ-
dicti Do. Io. Franci. in qua renunciat hæredita
tem tam Do. Mariæ filię D. Franciſci. Figaſe-
chæ, quàm hereditatẽ prædicti Io. Franc. eius
Aui paterni, per quam vniuerſalem hęreditatũ
renuntiationem proculdubio, ſi quod ius in di
cto iuriſpatronatu competebat eidem. D Bap-
tiſtę, id totum fu it translatum in Do. Lazarum
11 de Nobilibus: † quia iuſpatronatus venit in
venditione hęreditatis ſecundùm communem
opinionem. Io. And. Card. & alii in c. ex literis
de iure patro. Fely. in c. cauſam, in quarta col.
de præſcriptio. Roch. in dicto trac. in verſic. ipſe
vel is à quo, in 22. quæſt. Lambertinus in eodẽ
tracta. lib. primo articulo. 15. nu. 2. vbi dicit hãc
partem communiter teneri. Sublata ergo vide-
tur omnis difficultas ex dicto inſtrumento.

Ex aduerſo autem aliqua videbantur ſuade-
re, quòd totum iuſpatronatus pertineret ad de
ſcedentes ex Ludouico Figaſecha.

Et primò: quia Franciſcus Figaſecha in ſuo
vltimo teſtamento tranſtulit in Io. Franciſcum
eius nepotem facultatem priuandi Capella-
num, ergo videtur ẽt dediſſe facultatem præ-
12 ſentandi: † quia ad illum debet pertinere prę
ſentatio, ad quem priuatio, arg. l. nihil tam na-
turale. ff. de reg. iur. & l. nemo qui condẽnare
eo. titulo, quòd præſertim videtur verum ſtan-
tibus ſubſecutis præſentationibus factis per
13 eundem Io. Franciſcum. † Ex quibus ſumitur
interpretatio diſpoſitionis præcedentis, & de-
claratio verborum in ea appoſitorum. l. ſi de in
terpretatione. ff. de legi. & c. cum dilectus. de
conſuetud. Dec. conſi. 262. col. 3. in fin. Craue.
conſilio 101. columna 1. in fin. & ſeq. & conſil.
259. numero. 11.

Secundò vidẽtur comprobari iura eorũdem;
quia à tp̃e primæ præſentationis Io. Franciſci
quæ facta fuit de anno 1457. vſque in præſentẽ
diem lapſi ſunt cẽtum anni, intra quos ipſe Io.
Franciſcus, ac eius deſcendentes continuè
preſentauerunt, vt cõſtat ex præſentationibus
& inſtitutionibus ſubſequutis in præſenti cau-
14 ſa productis, † & per illam primã præſentatio-
nem fuit acquiſita quaſi poſſeſsio preſentandi.
Bal. conſi. 33. in fin. lib. primo, Corn. conſi. 47.
col. prima in fin. & ſeq. uol. 3. Dec. conſi. 117.
15 col. 2. conſ. 127. & conſ. 129. † Et ſpatio 10. vel
20. annorum & ad ſummum ſpatio 40. annorũ
prę̨ſcribitur huiuſcemodi iuri ſecundũ cõmu-
nem opinionem, vt per Corn. in allegato conſi.
47. uol. 3. nu. 5. & Roch. in d. trac. in ver. ipſe,
vel is à quo, nu. 13. & Balb. de præſcrip. in pri.
16 parte. 5. partis q. 9. † quæ opinio procedit præ-
ſertim, vbi præſupponitur eccleſiam eſſe patro
natam

natam, & non agitur de præſenti iudicio ec-
cleſiæ, ſed laici, qui aſſerit ſe verum patronum,
vt declarat Rip. in rubrica de iudic. nume. 79.
& hoc caſu ceſſat latiſſimus diſputandi cam-
pus in vtranque partem, quem ponit Lamber-
tinus in tract. de iure patro. artic. 5. decimæ
quæſtio. princ. primæ partis, & libro. primo, in
partem negatiuam inclinans, quem non eſt
operæprecium generaliter hic tractare cum ad
caſum mox relatum ſtet quęſtio noſtra. Cęterũ
cum non tantùm 40. ſed & centum anni fue-
rint lapſi, proculdubio videtur ius pręſentandi
quod fuiſſet penes Franciſcum, fuiſſe translatũ
17 in nepotẽ ac nepotis deſcedentes. † adeoque
debet attendi talis diutina præſentatio, præ-
dictorum de Figaſechis, vt præferri debeant
prædictis de Nobilibus ſucceſſoribus D. Fran.
licet veri patroni, vt per Innoc. Butri. & Abb.
in c. conſultationibus, de iure patro. Dec. conſ.
18 126. col. ſecunda, † cum potiſſimè lapſus tan-
ti temporis vim habeat priuilegii l. 1. §. du-
ctus aque. ff. de aqua quoti. Soc. conſ. 127. col.
pen. in princ. Dec. cõſi. 85. col. 2. Balb. in tract.
de pręſcr. 2. par. 3. par. princi. nu. 17.

Tertiò accedit ad eorũdem fauorem, quòd
vnus ex dictis Nobilibus vti canonicus fuit
præſens pluribus ex dictis præſentationibus
& inſtitutionibus, illiſque conſenſum adhi-
buit, & rurſus voluerunt illi de Nobilibus ter
præſentare, & ſe opponere præſentationibus
aliorum, & tamen ſpretæ fuerunt eorum præ-
ſentationes, & inſtituti ex aduerſo præſenta-
ti, ob quam inſtitutionem dicuntur alii exclu-
19 ſi, † quia inſtitutio habet vim ſententię, &
tranſit in rem iudicatam, ſi non opponatur c.
fin. de electio. in ſexto, Roch. in d. trac. in ver.
competens, nu. 45. & latè Lambert. in ſecunda
parte, articulo. 4. dubitatione 4. nu. 4.

20 Nos † autem, re maturius cõſiderata, exiſti-
mamus iſtud ius in totũ non pertinere ad ali-
quem ex prædictis, ſed pro dimidio ad illos de
Nobilibus, & pro alio dimidio ad deſcendẽtes
21 Ludouici Figaſechę. † Noſque in hanc ſenten
tiam trahit primęua ac originaria iſtius iuriſpa
tronatus natura, ad quam omnis diſpoſitio tra
henda eſt, & ſecundũ quam omnia ſubſequẽtia
ſunt interpretanda. Bar. in l. fin. de ſolutio. Cur.
Iun. conſi. primo, ſub nu. 7. Crau. conſi. 144. nu.
1. & 2. Crot. in l. filiusfa. §. diui. nu. 74. cum ſeq.
ff. de leg. primo, & Cagnol. in rubrica de orig.
iur. nu. 30. Natta conſi. 328. nu. 3. pulcher tex.
in l. ſi procuratorem, in princ. ff. mand. vbi di
citur, quòd vniuſcuiuſque contractus initium
ſpectandum eſt & cauſa. gloſ. in l. in ratione le-
gis falcidię. prima §. ſi filio, verbo opes patris.
ff. ad l. fal. dicens, omnia debere referri ad id à
quo originẽ trahũt, vnde Bal. C. de nouo cõd.
compo. circa princ. notab. inquit, ꝙ omne cau-
ſatũ referri dẽt ad princ. ſequitur latius Sena.
22 Pedem. deciſ. 167. nu. 27. † atq; hinc dicitur,
ꝙ à primordio tituli poſterior formatˉ euentus
l. unica circa fin. C. de impo. luc. decri. lib. 10.
Crau. cõſ. 277. col. 4 & Sena. Pedẽ. loco citato
nume. 26. ab initio enim fuit acquiſitum am-
bobus fratribus, ſcilicet Franciſco & Petro.
mentẽ ſui Genitoris ſecuta, nã eã inſtituit ſub
conditione monachationis, ſibiq́ue dedit li-
centiam ſe legitimari faciẽdi, quo fieret capax
ſucceſſionis, ita ꝙ iſti duo actus diſpoſiti per te
ſtatorem e odẽ tẽpore videnẽ fuiſſe correſpecti
ui,& vnus propter alium factus,& ordinatus, vt
notat Bal.in l.petens.col.pen.C.de pact.Corn.
conſ.36.col.2.volum.2. conſ.57. colu.5.vol.3.
cõſ.206.nu.6.vol.4.Dec.in dicta l.petens. no-
tab.2.vnde licentia legitimationis uidetẽ ei per
patrem cõceſſa in euentũ ꝙ ſuccedat facta mo
nialis, ſi nolit ergo fieri monialis, non uidetur
16 ei data licentia legitimationis. † Immo uide-
tur prohibita potius eam impetrare, prout in ſi
mili caſu legitimationis determinat Berous
conſ.177.nu.76.uolum.2.poſt Baldum conſilio
133.uol.tertio, (quẽ tamẽ inuenire nõ potui)
Nam ſi pater ordinauit filium legitimari infra
annum, ut capax fieret ſucceſſionis, cenſetur
prohibuiſſe, quòd poſt annum legitimari poſ-
ſit ad illum ſucceſſionis effectum, ſicq́ue legiti-
matio ſecuta poſt annũ nõ dr̃ facta ex pręordi
natione patris, unde pariter nec in caſu noſtro.
17 † Quod præterea cõfirmatur ex eo, ꝙ cũ cõ-
ceſſio legitimãdi fuerit ad illũ caſum monacha
tionis limitata, debuit effectũ limitatũ produ-
cere, nempe, vt demũ procederet monachatio-
ne ſecuta,& nõ aliter.l.in agris.ff.de acqui.rer.
domi.



domi. Pariſ.cõſ.12.nu.179.vol.2.& conſ.112.
18 nu.19.vol.4.Cephal.conſi. 288.nu.43. † quo-
niam tenor cuiuslibet conceſſionis ſiue diſpoſi
tionis diligenter eſt inſpiciendus, vt tradit iu-
riſconſult.in l.fideiuſſores magiſtratuũ. §. pro
Aurelio.ff.de fideiuſſ. ibi. lecta ſubſcriptione.
& in capitulo 1.in final. verbis, de duob. fratr.
à capi.inueſ.c. porrò.de priuil.Bal.in l. liberti.
libertæq́ue.C.de oper.libert.col.5.in l.cum an
tiquioribus col.5.C.de iure del.Caſt.cõſ.165.
19 vol.2.& Bero.conſ.84.nu.79.vol.2.† Vnde vi
demus, quòd quando diſpoſitio limitata repe-
ritur ad certum gradum, debet probari quòd
perſonæ, de quibus agitur, ſint intra illum gra-
dum. Alex.conſ.82.col.2.vol.1.Dec.conſ.321.
col.3.in fi.Hinc idem Dec.dixit conſ.13.col.2.
quòd ſi ſtatutum præferat agnatos cognatis vſ
que ad tertium gradũ, probari debet per agna
tum, quòd ſit agnatus,& intra tertium gradũ,
de quo pariter ponit conſ.222.col.pen. Pariſ.
conſ.30.nu.60.& conſil.37.nu.67.vol.2. ſequi
tur Roland.à Vall.conſ.32.nu.21.vol.3.
20 † Secundò quoque ceſſare debet nec ſuffra-
gari dẽt legitimatio: quoniã procurator huius
Illuſt.Do.qualitatẽ matris ſuæ tacuit, quæ po-
tuit eſſe vilis, nec ſola cõcubina, vnde ſimplex
& generalis expreſſio de ſoluto & ſoluta, cętera
tacẽdo, quę reddidiſſent Comitẽ Palatinũ dif
ficiliorem, debet legitimationem vitiare, vt de
clarant Innoc.& Abbas in c.veniẽs.de pręſcr.
Cur.conſ.17.col.fin.Gozad.conſi.6.numero 6.
Et pulcrè Butri.in c.per venerabilem. col.15.
verſi.nunc venio ad ſecundum.qui fil.ſint legi.
21 † dicẽs, ꝙ impetrãs debet exprimere qualita-
tatem legitimandi, nũ naturalis ſit, ſpurius, vel
inceſtuoſus, quia difficilius diſpenſatur cum in
ceſtuoſo, vel ſpurio, quàm cum naturali tantũ,
ſequitur Rui.conſi.88.num. 8. vol.3. Roland.
à Valle conſi.89.nu.74.vol.primo, ſubiungens
poſt Abbatem in c.cum dilecta. Gloſſa ſecun-
22 da, de reſcri. † Quòd generalis expreſſio eſt
propriè ipſa obreptio: non enim generaliter
& confuſè, ſed in ſpecie, & explicitè fieri de-
bet expreſſio, aliàs impetratio redditur ſubre-
pticia velut incerta & obſcura. Oldra. conſilio
81.quòd proceſſus. Bald.conſilio 359. propo-
nitur quòd, volumine primo, Roman.conſilio
272. & plenius conſilio 326. in fin. vbi dicit,
quòd vt impetratio ſaluetur à ſurreptione, nõ
ſufficit exprimi generaliter id factum, quod ſi
tacetur, reddit reſcriptum ſurrepticium, niſi
etiam exprimatur modus, per quem id factum
extitit conſumatum, adducit Gloſſam.in c.di
lectus filius Abbas. de reſcr.quam ſequitur In
23 nocent.ibi. ſubditq́ue rationẽ Roman. † quia
ex ea generalitate, quę parit obſcuritatem,
prout dicit Glo.in l.quoties.ff.de ver.oblig.&
in l.ita fidei.ff.de iur.fiſ.l.in tradendis.ff.com-
mu.præd.l.prætor edixit.§. quod autem. ff. de
iniur.Craue.conſilio 162.numero ſecundo, fa
cile poteſt princeps circumueniri. l. fin. C. de
dot. promiſſ.& Romanum latius comprobat
Oratius Mandoſ.Romanus in addi. ſuis poſt il
lum, plures adducens in verbo modus. quibus
addo Ancharanum conſ.16. viſo proc. col.fin.
Soc.conſi.273.ad finem, vol.2. conſ. 59.col. 3.
conſi.65. colum.3.vol.3.Craue.conſ.68. nu.3.
& conſi.79.nu.11.
Tertiò (quod eſt fortius) narrauit tantùm
procurator dictæ filiæ, quòd pater dedit licen-
tiã quãdocunque ſe legitimari faciẽdi, tacuit
tamen, ꝙ volebat eam monachari loco prædi-
cto, ſi volebat ei ſuccedere, aliàs quòd ei ſcu-
tos tantùm centum relinquebat, & quòd illa
nollebat fieri monialis dicti monaſterii,& nihi
lominus volebat hęreditatem patris obtinere
24 † vnde dicta legitimatio dicitur fuiſſe ſurre-
pticia, & uitiari debet.Abbas & Fel. in c.ſuper
literis.de reſcri.Gozad.conſi.25.num.6. quæ-
libet enim ſurreptio reddit literas gratioſas vi
tioſas.c.ſi ſuper gratia. de offi. deleg. in 6.c.ad
audientiam.& ibi not.Abb.de reſcr.Bero.cõſ.
25 50.nu.72.vol.1. † requiritur enim quòd om-
nis qualitas facti exprimatẽ, vt effugiatur ſurre
ptio.clem.1. de præb. clemen. 2. de offi. ordi.
& nihil dẽt taceri quod potuiſſet concedentẽ
in contrarium mouere, ſecundùm Oldra. cõſ.
22.Immo verò conceſſio vitiatur, ſi tacetur il-
lud, quo expreſſo cõcedẽs adhuc cõceſſiſſet, ſed
nõ ita de facili.c.poſtulaſti.ibi.de leui nõ ſcri-
26 bimus, de reſcrip.† quem tex.multùm cõmen-
dat Abb.in vltimo notabili eũq́; ſemper dicit
eſſe menti tenendũ, ꝙ ſurreptio vitiat literas,
nedum quando cauſa fuit finalis & inductiua,
ſed ẽt ſi fuit impulſiua, ita quòd princeps aliàs
conceſſiſſet ceſſante ſurreptione, ſed non ita de
leui, ſequitur latius Natta loquens in terminis
legitimationis conſi.368.nu.4.
27 † Quartò, reſpectu legitimationis Comitis
Imperialis particulariter obſtare videtur, ꝙ fa-
cta fuit in terris ſubiectis reſpectu dominii dir
recti Eccleſiæ, ꝗbus in locis tales Comites Im
periales legitimare non poſſunt, velut in locis
nõ ſubiectis Imperatori, vt voluit Bar.in l. qua
in prouincia.§.diuus. ff. de ritu nup. Bal. poſt
Butrig. in l.1.C.de iure aure.anul. Signor.cõſ.
223.tertio dubio.Anch.conſi.321.Fulg. conſi.
28 23.col.3. † vbi dicit hanc eſſe cõmu.Soc. cõſ.
47.nu.31.vol.3.Alex. conſ.67. col. pen. & fin.
vol.1.cõſ.11.col.2.vol.7.quibus in locis & cõ
munem teſtatur,& ab ea non eſſe recedendum
in iudicando.Dec.conſ.150. col.2.conſ. 155.
col.1.conſi.557. col.pen.Iaſ.conſ.70.col.2.vol.
3.& plures alios cumulat Roland.à Valle con
ſilio 88.numero 25.volumine primo, Idemq́;
ponit Alciat.reſpon.25. loquens de legitima-
tione facta Ferrarię per Comitem de Campe-
29 giis † Quinimò Caſtrenſ.conſ. 343.colum. 2.
vol.2.hoc ampliat, etiam ſi pluries contrarium
fuiſſet ſeruatum: quia non fuiſſet introducta
cõſuetudo valida in præiudiciũ iuriſdictionis
& ſuperioritatis Eccleſiæ Romanæ, cui ſubeſt

ciuitas,in qua ſit facta legitimatio per Comi-
30 tem Cęſareum † cum Summi Pontifices non
præſumantur in dubio notitiam habuiſſe de
talibus actibus particularium perſonarum, ſi-
cut nec de ſtatutis ſpecialium locorum,& hanc
opi. latius etiam confirmat idem Caſtr.conſi.
468.col.4.& 5.vol.2.Vbi deducit textum in c.
per venerabilem, qui fil.ſint leg. quem plenius
ibidem ponderat Abbas notab.1.& nu.23.ſed
breuitatis cauſa ad vtrunque me remitto. Idē
quoque dicendum videtur reſpectu legitima-
tionis Comitis Apoſtolici,vt tradit Alciat. re-
31 ſpon.201.nu.22. † vbi tenet, Papam in bonis
exiſtentibus Ferrariæ,cū ſint ſub dominio Ex-
cellentiſſ.Ducis,non poſſe diſponere de pleni
tudine poteſtatis:quia illam nō habet,ſed tran
ſtulit in Ducē,reſeruato ſibi certo cenſu. Ideo
tenet legitimationem illius nō valere factam
Ferrariæ , & illi deciſioni conformis eſt alia
32 Curtii Sen.conſ.73.quinto dub.† vbi conclu-
dit,ꝙ Comes palatinus creatus ab Imperatore
non poteſt legitimare in Ducatu Mediolanēſi,
quāuis infeudato ab Imperatore,ſine conſen-
ſu Ducis Mediolani , cum in illo ſit Princeps
perpetuus,& in eum ſit translata omnis pote-
ſtas Imperialis,ſequitur Iaſ.conſ.70.col.3.vol.
3.Pariſ.conſ.2.col.2.vol.2.Rol.à Val.conſ.88.
nu.27.vol.1.Soc.Iun.cōſ.100.nu.21.vol.2.cōſ.
126.nu.22.vol.3.Ceph.conſ.23.nu.78.quorū
deciſio pariter obſtare videtur huic Illuſtri Do
minæ,quę legitimata fuit ſine cōſenſu ſuperio
ris Ciuitatis Ianuę,ſine quo nō potuit ſe ſubii-
cere iuriſdictioni Comitis eam legitimantis.
33 † Quintò non omittitur,quòd in priuilegio
Comitis Imperialis ſibi data fuit auctoritas le
gitimandi quoſcunque,Illuſtrium tamen filiis
duntaxat exceptis, igitur non potuit ille Co-
mes legitimare pręfatam D. Blancam filiam pa
rentis Illuſtris. ſi quidem tota poteſtas legiti-
mandi pendet ex tenore priuilegii.c. porrò.de
priuileg.plenè Doctores in c.per venerabilem.
qui fil.ſint.legi.in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.
ff.de lib.& poſt. Caſtr. conſil. 161. in præſenti
cauſa,conſi.227.ſuper primo dubio.Alex.conſ.
67.vol.1.Soci.conſ.212.col.2. vol.2.conſ. 63.
col.1.vol.3.Pariſ.cōſ.14.nu.36. vol.2. & Paul.
Lancellot.Peruſin.conſi.176.nu.16.primo To
mo diuerſorū vltimarum voluntatum.
34 † Sextò , reſpectu legitimationis Comitis
Apoſtolici conſiderandum eſt,quòd in priuile
gio ſibi conceſſa fuit poteſtas legitimandi,ſine
tamen præiudicio venientium ab inteſtato, de
cuius clauſulæ interpretatione varia dicūt Do
ctores enumerati per Soc. conſ. 41. vol.3. ſed
quancunque interpretationem teneamus , ne-
gari non poteſt quin adeſſet præiudicium Illu
ſtris D.Franciſci Marii nepotis ex fratre D. Te
ſtatoris,ergo legitimatio non videtur prodeſſe
poſſe Illuſtri D. Blācę ex defectu poteſtatis legi
timandi tali caſu denegata.
35 † Septimò,ſi niti velit ex legitimatione po-
ſteriore ſibi conceſſa per ſuperiorem loci,vide
tur adhuc ſibi parum prodeſſe poſſe : quia vo-
luit ipſe princeps eam legitimare quò ad bona
feudalia , & fideicommiſſo ſubiecta.ibi. feuda
libus bonis , & fidecommiſſo ſuppoſitis ſem-
per exceptis ac reſeruatis . quod non alia ſanè
36 ratione conſtituit,vt arbitror , niſi † quia ter-
tio noluit pręiudicare, iuſque ſibi quęſitum ex
teſtamento auferre, quod ſine cauſa facere nō
poteſt,vt ponit Bar. in procę.fforum.Doctores
vbi Iaſ.in l.ſi teſtamentum. C.de teſt. Abb.Fel.
Dec.& oēs.in c.quæ in eccleſiariū. de conſt.&
infinitos congerit Anto. Gabriel.Romanus in
ſuis cōcluſionibus lib.3.de iure quęſito nō tol
lēdo.col.2.At in caſu quo Illuſtr.D. Blāca mo
nialis eſſe nollet,nec in illo monaſterio profite
ri,teſtator ſubſtituit ei moniales dicti monaſte
rii , quę ſubſtitutio licet vulgaris ſit, l. 1.ff. de
vulgar.& pup.& inſt.eo.in prin. tamē in ea mi
litat eadem ratio præiudicii tertii , iuriſq; ſibi
37 quæſiti.immo verò maior † cū ſubſtitutus vul
garis iure directo veniat & à ſe ipſo capiat, nō
autem de manu alterius,prout in fideicommiſ
ſario contingit.l.quia poterat.ff.ad treb. §. re-
38 ſtituta.inſt.de fideic.hæred.† meritò fieri dēt
extenſio ex dicta ratione vnica, iuxta not. per
Gl. Caſtr.Alex.& Iaſ.in l.quamuis.C.de fidei
com.Iaſ. in auth. quas actiones.nu.22.C.de ſa
croſan.eccle.& in l.ſi conſtante,vbi Ripa pari-
ter,Crot.& Soc.Iun.ff.ſol.mat.cum ſimilibus.
Tertiò principaliter, poſito quòd hæc Illu-
ſtris D.Blanca capax eſſet, nec dictis legitima-
tionibus indigeret,adhuc tamē nō videbatur
poſſe [illegible] fuundamētum ex inſtitutione
de ſe facta,ſi nollet conditionem monachatio-
nis annexam ſeruare,& implere,ſed ab hæredi-
tate patris excludēda videbatur,& illam debe-
39 re monialibus prędictis applicari † per doctri-
nam Baldi in auth.cui relictum.C.de indi.vid.
toll.vbi dicit, ꝙ ſi legatur alicui virgini ſub cō
ditione, ſi monaſteriū intrauerit , ſeruanda eſt
cōditio.Nā volūtates defunctorū nihil illicitū
habentes fruſtrari non debent. §. quę verò. in
auth.de nupt.planè,ſubdit Baldus , ſupradicta
conditio nihil habet illicitum,igitur eſt ſeruā
40 da. † Quòd ſi conditio illa , ſi Titio nupſerit,
ſeruari debet,vt legato ſit locus.l. Titio cētum
§.1.ff.de cond.& demon.l. 1.& 2.C.de inſti. &
ſub.multo magis ſeruari dēt conditio. Si Deo
ſe deſponſauerit ingrediendo monaſterium,&
41 cum Baldo reſident etiā Corn.& Iaſ.† & prior
eis Caſtr.in dicta auth. cui relictum. reprobās
deciſionem Bar.cōſ. 184.D. Nutta.qui voluit,
talem conditionem remitti,legatumque debē
ri:quoniam vita cōtemplatiua maioris eſt per-
fectionis quàm matrimonialis & excellentior
eſt quàm actiua.§.1. vbi gloſſa in ver. ceſſionē.
in auth.de monach. Archid.in c. ſcripturis. 8.
q.1.& Sen.Pedemon. deciſ.127.nu. 2.& ideo
dicit idē Caſtr.in l.Titio centū.§.1.ff.de cond.
& demonſt. ſe mirari de illa deciſione Bartoli,
&



& credit quòd malè conſuluerit,ſequitur Soc.
in l.mulieri & Titio,n. 12.eo.tit.Alex.in apo-
ſtill.ad Bart.in l. 1. C.de inſti. & ſubſti.Dec. in
c. in præſentia.nu. 58. de proba. & Emanuel
Coſta in repe.l.cum tale.§.ſi arbitratu.3.limi.
ff.de cond. & demon.
42 † Quartò fortius accedit , quòd inſtitutio
facta de ill.D. Blanca ſub illa conditione mo-
nacationis , in eius defectum translata fuit in
dictas moniales, & ſic in cauſam piam & fauo-
rabilem:quia ſi noluerit eſſe monialis,inſtitu-
tæ fuerunt & ſubſtitutæ dictæ moniales , quo
ſtante non reiicitur illa conditio ſed ſeruanda
videtur,per doctrinam Guilielmi de Cun.per
illum textum , quam refert & dicit eſſe menti
tenendam Caſtr. in l.Titio vſufructus. §. ſerui
ff.de cond. & demon. prout & Iaſ.in l. 1. ad fi.
C.de indic.uid.toll.ſummat enim Caſtr.illum
textum in hunc modum,quòd conditio vidui-
tatis non reiicitur,ſi in defectum eius legatum
fuit in cauſam piam , & fauorabilem transla-
tū, quod innuit caſus ibi propoſitus de vſufruc
tu ſerui legato mulieri quò ad eſſet vidua, ſi ve
rò nupſiſſet,ſeruus ille liber eſſe iuſſus eſt, nam
ſi mulier nupſerit , & ſic conditionē viduitatis
nō ſeruauerit, liber erit,inquit textus:quia po
tior eſt legato libertas.Vnde nō reiicitur eo ca
ſu conditio viduitatis adiecta legato : quia in
eius defectum legatum translatum fuit in cau
ſam piam & fauorabilem,qualis eſt libertas ſer
43 uo aſcripta † Hinc enim determinat Guil. de
Cun. quòd ſi legatum factum fuerit etiam Vir
gini, ſi non nupſerit,& ſi nupſerit legatum trāſ
latum eſt in eccleſiam vel hoſpitale ſi contin-
gat eam nubere , non habebit illa legatum ,
ſed eccleſia vel hoſpitale . Sic enim dici de-
bet in hac conditione adiecta illuſtr. Domi-
næ Blancæ Virgini,ſi monalis fiet , & ſic ſi non
nupſerit,vt ea nolente monachari, non habeat
illa bona relicta ſed eccleſia monialium , in
44 quas tranlata ſunt.† Et licet Bar.ibidem dubi-
tauerit de prædicta deciſione Guilielmi de Cu
neo, dicens quòd an ſit vera ad pręſens non fir
mat,attamen Imola bene firmat & dicit hoc eſ
ſe tenendum , per ea quæ ipſemet Bart.poſuit
in l.proximè.§.fi.ff.de his quę in teſta.dele.vbi
æquiparat fauorem pię cauſę fauori libertatis.
Igitur argumentum Guilielmi de libertate ad
piam caſam bene procedit.
Quintò conſiderandum eſt , quòd illuſt.D.
Teſtator & Genitor fecit diuerſa relicta dictæ
D.Blancæ,nam eam inſtituit hæredem vniuer
ſalem , ſi fiet monialis in dicto monaſterio , ſi
verò noluerit ibidē monachari , eam inſtituit
in ſcutis 25. tantùm , & ſic in vtrunque caſum
45 prouidit ei.† Quo ſtante relictum primum ſibi
factum ſub conditione,ſi fieret monialis,quod
eſt ſimile relicto facto ſub conditione negati-
ua, ſi nō nupſerit,ita demum debetur, ſi fuerit
adimpleta ipſa conditio, ſi verò ea non fuerit
adimpleta : quia velit nubere non autem mo-
nachari,ei non debetur primum relictum, ſed
ſecundum . ſicque non tota hæreditas ſibi de-
betur , ſed tātū ſcuti 25. textus eſt notabilis in
l.Titię.ff.de cond. & demon.per quem ſic de-
clarat Bero.conſ.5.nu.6.vol.2. licet de mona-
chatione non loquatur.Et hæc ſunt quæ diſcur
rendo caſum præſentem , valde periculoſam
reddere videntur intentionem D.Blancæ.
46 † Quibus tamen non obſtantibus arbitror
& veriorem & æquiorem,magiſque iuridicam
eſſe concluſionem pro ipſa Illuſtri D. Blanca,
nā genitor ſuus eam naturalem appellauit , &
hæredem inſtituit, nec ille legitimam prolem
habebat,igitur talis inſtitutio valuit,& in vni-
uerſum poteſt illa ſuccedere ſine ullo legitima
tionis fomento, caſus eſt clarus in auth. licet
C.de natur.lib.& ibi notat in ſpecie Cardinal.
Alban. in lucubrationibus ſuis ad Bartolum,
dicens ex illo textu colligendum eſſe , patrem
poſſe ex teſtamento ſuam hæreditatem relin-
quere filio naturali,quod ex aliis confirmat,&
præter eum eſt textus in §.ne igitur.& ibi Bar.
& Ang. in aut.quib. mod.natur. effi.ſui,ponit
Pariſ. conſ. 1.nu.29.vol.2. & Ioannes Paulus
Lancello.conſ.186.nume.51.volum.1. vltima
rum voluntatum.
47 † Secundò confirmatur , nam cum hæc ill.
Domina eſſet filia viri valde nobilis , qualis
erat illuſt.D. Guronus , debuit & ali & dotari
per eum,poſito quòd illa haberet aliquam ho-
neſtam artem,vnde ſe ſuſtentare poſſet, cum ſi
ne dedecore non poſſet eā exercere. ita voluit
Bald. Nouellus in tract. dotis 6. parte priuile.
16.col.2.& in l.1.m.141 ff.ſol.ma.ſequitur Ro
48 land.à Valle conſ.14.nu.51.vol.3.† immo ſpe
cialiter in dote conſtitutum eſt,quòd ſi filia nō
poſſit congruè & ſecundùm qualitatem perſo
næ ſuæ nubere,quin det vniuerſa bona in dotē
licet fideicōmiſſo ſubiecta , vtique id facere
poſſit,vt dicunt Bald.& Caſtr. in auth. res quę
col.2.ſub nu.5. & Iaſ. poſt eos ſub nu.32. C.
commu. de lega . quod optime conuenit huic
Illuſtri D. tam nobili,quæ nubendo virū nobi-
lem ſueque nobilitati parem nō inueniet, niſi
tota ſubſtantia patris in dotem conuerſa .
49 † Tertiò tanto magis hæc concluſio proce-
dit,ſtante legitimatione huius Ill.Dominæ ſæ
pius obtenta ad finem vt ex pleniore ſe tueri
poſſit, quòd ſibi de iure cōceditur, vt declarat
Caſt.conſ.227.viſo teſtamento.circa fin.Dec.
in c.bonę.col.1.nu.14.de appell.& Bero. conſ.
172.nu.24.vol.2.idemque Bal.ante eos conſi.
131.Titulus principis.in fine vol.3.Dec.conſ.
55.nu.6.conſ.338.nu.8. & conſ.394.nu.3. Ia-
cob.Emilian.conſ.130.ad finem,nam legitima
ta fuit vltimo loco ad ſucceſsionem parentum
& bonorum paternorum tam ex teſtamento
quàm ab inteſtato vel contra teſtamentum
quo ſtante ſuccedere debet Illuſtr . Genitori
ſuo nedū ex teſtamento,in quo fuit hęres vni-
50 uerſalis inſtituta † ſed ab īteſtato,caſu quo nul
lum

lum eſſet teſtamentum §.fin.in aut.de tri.& ſe
miſ.§. ſecundo.in aut. ut liber. decæte. & in §.
ſi quis igitur naturalis,in aut.quib. mod. nat.
effi.ſui,ſed etiam contra illius teſtamentum,
quatenus in defectum cōditionis monachatio
nis adiectę ſucceſsionem tranſtulit in monia-
51 les † nam legitimatus ad ſimilitudinem filii
præteriti ſuccedit contra teſtamentum, ſecun-
dùm Bal.& Imolam in l.certum, in prin. ff. de
iniuſt.teſt.Roma.conſi.34.licet naturalis.An-
cha.conſ.290.cum aliis per Dec.conſ. 52.poſt
prin.cōſ.393.col.pen.conſ.365.n.7.cō.366.n.
5.D.meus Riminal.conſ.41.in prin. Tiraquel.
in l.ſi vnquam.ver. ſuſceperit liberos, nu. 66.
C.de reuoc.dona.Anton. Roſellus in tract. de
legitima.titu.de legitimationis effectu,nume.
22.Dec.in l.poſthumo. vbi quoque Do.meus
Zuccard. in prælud. & ego poſt eos dixi, num.
79.C.de bon. poſſ.contra tab. Tantoque ma-
gis hoc dici debet: quoniam teſtator eam con
ſiderauit vti legitimatam, & eam pro tali tra-
ctauit & reputauit, quando dixit, quòd ſi no-
luerit eſſe monialis dicti monaſterii,nec ibidē
profiteri,eidem dicto caſu reliquit iure inſtitu
tionis & oī meliori modo ſcutos 25.pro om-
ni eo & toto quod petere poſſet in bonis & hæ
reditate ipſius teſtatoris. Hæc enim prouiſio
non erat neceſſaria ea remanente ac conſide-
52 rata ſimpliciter naturali † nam filiæ naturali
legitima non debetur l.iubemus, l.legem.& l.
humanitatis. C.de natur. lib. nec poteſt con-
tra teſtamentum ſuccedere. glo. notab. in l.1.
in prin.ff.de bon.poſſ.contra tab.quæ ſingula-
ris eſt & communiter approbata, vt per Bar. in
l.Gallus.§.etiam ſi parente,ff.de libe. & poſth.
ſequuntur Alex.& Iaſ.in l.ex facto, col.fi.ff.de
vulga.& pupilla.Fortunius in dicta l.Gallus.§.
1.nume.47.Iaſon in §.& quid ſi tantùm, num.
20.lectura 2.& Fernand.Vaſquius de ſucceſſ.
53 creatione,§.20.nume.194.lib.2. † Quod ſe-
cus eſt in legitimato, cui bene legitima debe-
tur, ſicuti filio legitimo & naturali.Bald. in c.
de cauſis, colum. pen.de offic.deleg.Benedic.
Plumbi.in diſputa. ſtatuto Piſano. ſecundo &
tertio dubio.Cur. conſ.13.nu.13. Dec.conſil.
257.col.2.Iaſ.& Fabia. de Chiocchis in auth.
nouiſſima.C.de inoffi.teſt.Pariſ.conſi.55.n. 3.
54 volu.3.& plenius conſ.7. col. 2. vol.2.† & prę-
teritus rumpit teſtamentum, nedum ſi fuerit
ante teſtamentum legimatus, ſed etiam ſi poſt
teſtamentum, prout in caſu noſtro D. Blanca
fuit,vt per Roman.conſ.34.Iacob. de Beluiſio
in ſua diſputa. facta Peruſii. & latius Fabian.
de Chioc.loco citato.n.26.Nec dicatur,quòd
cum teſtator Ill. Do. Blancæ reliquerit ſcutos
25.iure inſtitutionis pro omni eo & toto, illa
debet agere ad ſupplemētum legitimæ,nō au-
tem totum teſtamentum impugnando poteſt
totam hæreditatem conſequi.l.omnimodo.cū
55 ibi not.C.de inoffi.teſ. † Quoniam procedere
poſſet obiectum, quando teſtator eam ſimpli-
citer inſtituiſſet in illis ſcutis 25. pro omni eo
& toto &c.& hæredes uniuerſales feciſſet di-
ctas Moniales. ſed res aliter ſe habet in caſu
noſtro: quia eam hæredē vniuerſalē inſtituit,
ſi fieret monialis, ſi uerò nollet, hęredes vni-
uerſales fecit dictas moniales, relictis ei tantū
coronatis 25.vnde pater dicitur eam aſtrinxiſ
ſe religioni, ſi uelit ſucceſsionē habere,uel ad
eam dimittendam puſilla recepta,ſi nollet mo
56 nachari † quo ſtante non tenetur acquieſcere
iudico teſtatoris ſupplemētum petēdo, ſed po
teſt teſtamentum totum querelare,& impugna
re, totamque ſucceſsionem conſequi, iuxta
notata per Gloſſam, quam Caſtrenſ. dicit eſſe
menti tenēdam & ſequuntur Fulgoſ. & Aret.
in l.ſi quando.§.1.C.de inoffi.teſta.ubi dicunt
quòd ſi pater filio quid minus legitima reli-
querit, & filium per pactum aſtrinxerit ad non
querelandum teſtamētum,filius omiſſo reme-
dio agendi ad ſupplementum legitimæ poteſt
querelare teſtamentum, & totam hęredita-
tem conſequi.
57 † Præterea conſiderandum eſt diligenter,
ꝙ amiſſio lucri magni iuſtū metū inducit.Cy.
in l. interpoſitas. C.quod met.cauſa. Anch.in
c.1. eo tit.lib.6.Iaſ.in l.Titia.nu.10. ff.de ver.
obli.Ioan. Andr. & cæteri in c. cum dilectus
de eo quod met. cauſa. Rui. conſ. 121. vol.4.
Cephal.conſi.295.nu.17.& Neuizan. conſ.47.
58 n.18. † Rurſus metus inducitur,quando quis
non eſt in libertate faciendi,ſed cogitur ad ali
quid venire, ut declarat Craue. conſi. 49.nu-
me.6.libertas enim naturalis eſt facultas eius
quod cuique facere libet,niſi quod ui aut iure
prohibetur.l.4.ff. de ſta.ho. quam facultatem
appellat Florentinus,vt declarat diſertè Con-
nanus in comentar. ſuis iur.ciuil. lib.2. cap.1.
col.3.qa facti potius eſt quàm iuris,ſi per ſe at
tendatur.Quod enim ante liberè fungerentur
homines corporis & animi muneribus,non id
ullo ſuo proprio iure faciebant, ſed quòd eam
facultatem nacti eſſent à natura pariter cum
59 omnibus hominibus. † Item metus ſeruitutis
dicitur iuſtus metus l.vel ſimilium. ff.qđ met.
cauſa,Bal.conſ.36. vol.3. & in l.falſus.col.fin.
C.de furt. Roland.à Valle conſ.2.nu.50.vol.
1.& conſ.57.nu.41.uol.3. ſed hæc omnia con-
currunt in inſtitutione facta de Ill. D. Blanca
ſub cōditione monachationis & translationis
bonorum in moniales, ſi nolit eſſe monialis,
nam hinc & inde metus, & ſcopuli dicuntur ſi-
bi patēter, ne dicam latenter illati: Si enim ve
lit ſucceſsionem conſequi,cogitur fieri monia
lis & in ſeruitutem monaſterii ſe redigere, &
60 † quod etiam plus eſt,nec ſucceſsionem reti-
nere poteſt, ſed acquirit eam monaſterio, ſi-
cut ſeruus Domino.l.ſi cōmunis ſeruus. & ibi
Bar.ff.de ſtip.ſer.Innoc.in c.cum olim, ſecun-
do,de priuil.& Abb.in c.quanto,col.2.de offi.
ordin.Si verò ſeruitutem prędictā effugere ve
lit, nolendo fieri monialis, quod efficere na-

turæ



61 turæ conuenit † cum ſeruitus ipſa ius naturæ
violet,quo naſcimur omnes liberi,vt Cōnanus
ſcribit in cōmentar. ſuis lib.1. cap.5.col.4.&
lib. ſecundo, cap.3. in princip. dicit ſeruitu-
tem mortalitati comparari,poſt Vlpian.in l.ſer
uitutem. ff. de reg.iur. nam qui liber non eſt,
ne in viuorum quidem numero cenſetur, ſuc-
ceſsionem perdit dicta filia, & ab eius lucro
magno remouetur.ita ꝙ nō eſt in libertate fa-
ciēdi,qđ ſibi magis placet,ſed vt eſt ī Carmine

*Incidit in Sillam cupiens vitare Carybdim.*

62 † Quare ut concludam, cum diſpoſitio te-
ſtatoris metum contineat in perſonam huius
Illuſtr. filiæ, ſequitur illam ipſo iure vitiari.
c.1.de his quę ui,metuſve cauſa,lib.6.& per cō
ſequens ſuper illis ſcutis 25. relictis uis fieri
non poteſt, cum non remoueant amiſsionem
magni lucri circa reſiduum magni ponderis &
momenti,nec tollant ſeruitutem,nec impedi-
mentum libertatis faciendi pro libito, & ita
non remoueant iuſtum metum illatum dictæ
filię ex tali diſpoſitione:
63 † Quartò ſi diligenter verba teſtatoris ani
maduertantur,prout in inueſtitura ſeruari ui-
demus.c.1.uerbo tenorem.de duob.frat.& ibi
Bal.Rol.à.Valle conſ.60.nu.14.vol.1.& in pri
uilegio c.porrò.de priuileg.& idem Rol.conſ.
61.nu.1.vol.1.Pariſ. conſ.9.nu. 84.vol.2.& in
libello idē Pariſ.conſ.42.n.78.vol.1.nullū pro
babile fundamentum poſſunt ex eis moniales
prędictæ ſuſcipere. vocantur enim moniales
in tribus caſibus.

Primus eſt, ſi Do. Blanca noluerit eſſe mo-
nialis dicti monaſterii & in eo profiteri,nā re-
lictis ei ſcutis 25. moniales in vniuerſum vo-
cantur,qui ſanè primus caſus intelligendus eſt
ſi D.Blanca noluerit eſſe monialis, ideſt ſi de-
64 clarauerit ſe nolle fieri monialem. † Quia cum
nolūtas conſiſtat in animo & mente, nullo mo
do melius quàm verbis eſt detegenda,cum ver
ba demonſtrent mentis conceptum. c. ſecun-
dò requiris.de appella.Corn.conſi. 192. nu.9.
vol.2.& ſint notæ paſsionum mentis ſecundū
Philoſophum, de quo meminit idem Corn.
65 conſil.298. nu.5.vol.1.† nullumque magis eſt
mentis noſtræ teſtimonium quàm qualitas in-
ſpecta verborum,vt inquit Baldus in l.ſed & re
probari.in prin.ff.de excuſ.tut. Roland.à Val.
conſ.61.nu.7.vol.2. & illa mens eſt inſpicien-
da.quæ verbis adhæret l. ꝙ Labeo.ff. de ſupp.
66 leg.D.meus Riminal.conſ.124.nu.28.† Hinc
Socrates puerum ad ſe miſſum, vt eius indolē
inſpiceret.quamprimum dixit.Loquere adole
ſcens,ut te uideam. Diogenesq; ſibi mirum vi
deri dicebat, quòd cum ollam aut operculum
non emerēt homines, niſi pulſu aut tinnitu ex
ploratum,quo facilius dignoſcerēt,ſit ne inte-
grum,probæ argillæ ac bene coctum. in com-
parandis ſeruis ſolo aſpectu eſſent contenti,ſi-
gnificans verba certiſsimum eſſe, minimeque
67 mendax animi teſtimonium. † vnde dici ſolet
confeſsionem,quę verbis fit,eſſe maiorem quo
libet inſtrumento publico & quibuſcunque de
poſitionibus teſtium.Bald.conſ.192.proponi-
tur.col.2.vol.2.& quòd ubi confeſsio eſt, fit re
laxatio omnis probationis, ut idem Bal.docet
conſ. 354. quæritur utrum priuata ſcriptura.
col. 1. vol.3. item quòd confeſsio vim habet
ſcripturæ,ut alibi ſcribit Bal.conſ.511.quidam
pręlatus.col.2.vol.quinto,ſeu vim inſtrumenti
l.cum te. & ibi notat Dec.C.de tranſ.concor-
dat Dominus meus Riminaldus conſi.300.nu.
88.& Craue.conſ.61.nume.3.At hic caſus non
dum euenit, neque purificatus fuit: quia D.
Blanca non declarauit ſe nolle fieri monialem
68 dicti monaſterii & in eo profiteri † meritò pri
us purificari debet iſta conditio, quàm quòd
ſit locus ſubſtitutioni monialium ſub ea con-
ditione vocatarum l.ſi quis ſub conditione.ff.
ſi quis amiſ.cau.teſta l.is damnum.§. quod pē
det.ff.de reg.iur. & ibi Cagnol. Dec.in l.2. C.
69 de eden.Ceph.conſ.213.nu.5.† Immo deficiē
te conditione prædicta debet deficere diſpo-
ſitio uocationis.l. filiusfamilias.§.cum quis.ff.
de leg.1.Signorol.conſi. 68. nu.3. Dec. conſ.
288. per totum primum dubium. conſi. 378.
conſ.365.nu.15.& conſ.594.nu.6.Cephal.cōſ.
70 197.nume.28.† Quia paria ſunt nihil fieri vel
fieri ſub conditione quæ non purificetur. Ripa
lib. 1. reſponſ. cap.2. nu. 23. Craue. conſ. 15.
nu.3. conſ.183.nu.51.nec dicat aliquis, quòd
ex quo D. Blanca diſceſsit proximis diebus ex
dicto monaſterio,vbi fuerat,& per aliquot dies
in eo manſerat,dicitur ſaltem tacitè declaraſſe
ſe nolle ibidem monachari vel profiteri, nam
voluntas etiā factis declaratur l. reprehendēda
& ibi Gloſſa, Iaſon & alii. C.de inſti. & ſubſti.
Quoniam tollitur iſta difficultas ex proteſtatio
ne declaratoria voluntatis ſuę facta per ipſam
die diſceſſus ſui de dicto monaſterio, dicētem
ſe non fuiſſe egreſſam: quia dici poſſit aut in-
ferri,quòd ipſa nolit fieri monialis,nec profite
ri in dicto monaſterio: quoniam id omne ſic
uel non peragendi ſibi alio loco & tempore re
ſeruauit declarandum. Si tamen & quando id
efficere tenebitur, & non aliter nec alio mo-
do: ſed quia non poterat in dicto monaſterio
diutius manere rationibus,de quibus per eam.
71 Quæ quidem proteſtatio d.filiæ velut ad eius
exonerationem facta, & neminem grauando
potuit ubique fieri uel alterius quàm præſen-
tia teſtium fuit neceſſaria, ut declarat Bart. in
l.non ſolum. §. morte.col.3.nu. 15.ff.de oper.
no.nunc.taliſque proteſtatio facta per eam ſu-
per pendentibus ab eius uoluntate, ut eſt uelle
uel nolle monachari,præualere debet,ut exem
plificat Abbas & Dec. in c.cum M. Ferrarien-
ſis, de conſti. in eo qui proteſtatur, quòd non
intendit aliquid dicere contra fidem,ſequitur
Alberic.in 3.par.ſtatu.quæſt.32. & Veronenſ.
cautel.156.bonum & utile conſilium eſt.
72 † Secundus caſus, in quem uocantur dictæ

moniales

moniales,eſt,ſi D.Blanca decederet antequã fie-
ret monialis & profeſſa dicti monaſterii, ſecun
dũ quẽ patet,eas nõeſſe vocatas ĩ vita illius nõ
factæ monialis,neq; profeſſæ: quia ſubſtitutio
facta vno tempore non extenditur ad aliud tẽ-
pus,l.ſi mater.§.fi.& ibi Glo.Bar.& alii.l.ſi quis
73 ita.& ibi notat Iaſo.nu.7.ff.de vul.& pup.† tã-
toque magis quòd teſtator dixit, tunc & his ca
ſibus & quolibet eorũ ſubſtituit dictas monia-
les. Quæ verba ſic reſtringunt ſubſtitutionem
ad caſum expreſſum,quòd ad alium non por-
rigitur, vt tradit Anch. conſ.356.col.2. Dec.
conſi.63.col.1.con.89.col.2.conſi.182. Pariſ.
conſi.88.vol.2.Bal.prior eis conſ.57.col.2.vol.
2.Cephal.conſ.269.nu. 29. Bero. conſ.99.nu.
9.cõſ.102.n.1.vol.2. vbi citat inter alios Soc.
74 conſ.118.col.4.vol.3.dicentem † ea verba fa-
cere conditionem, meritoque ſubſtitutionem
pciſè coarctare ad caſum nominatim & in in-
diuiduo expreſſum: quia conditio debet adim
pleri in forma ſpecifica & expreſſa, & non per
æquipollens,nec in caſu ſimili.l.qui hæredi. ff.
de cond. & demo.vnde nec ſuper iſto ſecundo
caſu poſſunt dictæ moniales moleſtare dictam
D.Blancam.

Tertius eſt caſus,in quo vocantur dictæ mo
niales,quandocunque dicta D. Blanca decede
ret etiam monialis & profeſſa dicti monaſterii
circa quem cõſiderandum eſt, quod ſi teſtator ſub
ſtituit moniales poſt mortem dictę Do. Blan-
cæ & ſic non ante voluit ad eas bona peruenі-
re,fateri oportet eum voluiſſe illam dum viue-
ret licet in ſtatu monachationis & profeſſionis
habere bona, quòd de iure non procedit nec
75 ſubſiſtere poteſt. † quia monialis nihil pro-
prium habere poteſt. c. cum ad monaſterium
de ſtat.monac.ſed acquiritur monaſterio, au-
tent.ingreſſi.C.de ſacroſanc.eccle ea verò mo
riente ſuperflua eſt ſubſtitutio,nec indigent ea
moniales, cum ſibi prius quæſitum diſpoſitio-
ne iuris amplius ſibi queri non poſsit.§.ſic ita-
que,inſt. de actio.unde ſigillatim diſcurrendo
caſus, in quibus vocantur moniales, mihi vide
tur,quòd in eis ſe nullo modo fundare poſsint
& ita remanet intentio huius Ill.D.Blancæ de
iure ſatis fundata.

Quam tenendo, ſupereſt ut contraria ſupe-
rius adducta ſigillatim tollantur, ad quod me
76 totum accingo.† & in primis nõ obſtant tot re
quiſita ſuperius relata ad conſtituendum filiũ
naturalem,quę cum non probentur in caſu nõ
ſtro,dicitur Illuſtrem D.Blancam non poſſe di
ci filiam naturalem, nam procedũt ſecundùm
rigorem iuris ciuilis,at ſecus ſecundùm uulga
rem & communem uſum loquendi,ac æquita-
tem iuris canonici, ſecundùm quæ natus ex ſo
luto & ſoluta,licet ex furtiuo coitu,cenſetur &
dicitur naturalis, ita Bald.conſi. 295.factum
proponitur.vol.2.in antiquis verſ.circa ſecun-
77 dum.vbi dicit ſciendum eſſe † quòd filius na-
turalis dicitur duobus modis.vno modo lega-
liter,& tunc requiritur,quòd concubina reten
ta ſit in domo indubitato affectu in ſcemate
concubinæ ab vxore parum diſtans, niſi in
honore,& hoc eſt introductum propter haben
dam certitudinẽ prolis, aliàs de facili poſſent
mulieres ſecum fingere habere filios ex aliquo
magno & nobili viro,& ſucceſſiones noſtræ de
78 uenirẽt ad extraneos & alienos. † Alio modo
dicitur filius naturalis ſecundùm vulgarem cõ
ſuetudinem loquendi, ſcilicet omnis baſtar-
dus, qui naſcitur ex ſoluto & ſoluta, etiam ſi
naſceretur ex furtiuo amplexu, c.innotuit. de
electi. nam in rei veritate non attenta iuris fi-
ctione iſte eſt naturalis, ſi conſtat vterque pa-
rentum,& quòd ſit eorum filius, & pater eum
indubitato affectu tenet in filium ſuum, & pa-
terna eum proſequitur charitate, idque proce
dit,vt ſubdit Bald.quantum ad Deum,qui iu-
dicat ſecundùm veritatem.Item etiam ſecũdũ
canonicam æquitatem iſte non debet dici ſpu
rius, & per matrimonium legitimatur, unde
concludit Bal. quòd licet talis filius, de quo
quæritur, ſecundùm iuris ciuilis ſubtilitatem
non ſit filius naturalis, ſed ſpurius, tamen ſe-
cundùm uerã naturalitatem & canonicã æqui
tatem, & communem uſum loquendi dicitur
49 naturalis, & vltra Baldum. † idem pulchrè te-
net Bertrand.conſ.26. col.3. uerſ. ad ſecundũ
vol. 2. nouiſsimorum, dicens quòd commu-
nis ſermo aliquarum partium uocat omnes il-
los naturales,qui de ſoluto & ſoluta ſunt geni-
ti, & ita communiter uocantur in Regno &
Delphinatu,qui communis uſus loquendi præ
fertur in quacunque materia ſemper proprio
ſignificato uerborum.ſiue illud proprium ſigni
ficatum eliciatur ex diffinitione, ſiue ex iu-
ris auctoritate.l.librorum.§. quod tamen Caſ
80 ſius ff.de leg.3.† & ob id obſeruari debet.l.cũ
de lanionis.§.aſinã. ff. de fund.inſtru.l.Labeo.
verſ.nõ enim.ff.de ſupp.leg. Pariſ.cõſ. 80.nu.
15.vol.2.quare ſecundùm Bertran. dato quòd
quædam mulier, de qua loquitur,non fuiſſet
verè & propriè filia naturalis, accipiendo ver-
bum naturalis, prout in iure accipitur pro na-
ta ex ſoluto & ſoluta retẽta in domo in ſcema
te concubinæ, tamen attento dicto communi
uſu loquendi ipſa potuit dici naturalis: quia ſe
cùndùm uſum huiuſmodi dictum uerbum ha-
bet latiorem ſignificationem, & huic vſui ini-
tendum eſt,idemque paucis concludit Bal. in
c.niſi cum pridem.nu.7.de renunti. poſt Ioan.
81 Andræ.† Volens, quòd largè loquendo,ille
qui natus eſt ex aliqua fanticella extra domum
dicitur naturalis,& ideo ſi legitimatus eſt tan-
quam naturalis valet legitimatio propter ge-
neralem conſuetudinem loquendi, quod eſt
valde notabile,& habuit de facto, prout cõclu
dit. Nec tantùm Baldus in dictis locis hanc
opinionem firmauit,ſed & in conſi. 206.caſus
talis eſt, quidam A. vol. 3. in nouis.nu.6.ubi
quærit, an natus ex iſtis fanticellis,quæ paſſim
vadunt



vadunt ad nundinas & forum, vaganturq; per
vicos & plateas, & poſtea reuertuntur ad do-
mum alicuius à quo prægnantes, fiunt ſit ſim-
pliciter & propriè naturalis,an uerò ſpurius,&
reſpondet quòd ſecundùm iuris ciuilis ſeueri
tatem dicitur ſpurius & ignotus: quia venter
iſte non eſt cuſtoditus,nec mulier in domo re-
tenta.& ſic pater non eſt certus propter laxitu-
dinem, quam talis mulier habuit fornicandi
cum multis,tamen largo modo poteſt dici na-
turalis,ideſt non contra iura naturalia,nec cõ-
tra iura ciuilia, cum ipſa procreatio naturalis
ſit, nec ſit iuris ciuilis obſtaculo obumbrata.&
quicquid rigor iuris ciuilis dictet,iura canoni
ca omnem natum ex ſoluto & ſoluta naturalẽ
appellãt c.innotuit.de elec.Ideoq; legitimatio
de illo facta velut de naturali valuit, & iſta eſt
82 ueritas ſecũdũ Bal.† Quare Iaſ.adductus his au
ctoritatibus Baldi conſ.51.uol.3.concludit, ta
lẽ capacem eſſe inſtitutionis & relictorum ſibi
per patrem factorum, citans alios, qui dicunt,
taliter natos dici naturales ſecundùm commu
nem uſum loquendi,qui præualere debet & at
tendi,& ſecundũ quem verba teſtatoris intelli
gi debent,veluti naturaliter, non autem legali
ter ſeu ciuiliter,aut ſecundum ſtricti iuris rigo
83 rem, ut ibi latius per eum † & cum prædictis
ita quoque latè tenet Berous conſ. 165.uolu.
2.Cagnol.in l.ſi qua illuſtris,nu. 5. C.ad orfi-
cia. & Alciat. in tractat. de prȩſump. 2.regula
præſump.5.nu.3.quibus addendi ſunt Butrius
in c.per uenerabilem. pen.carta qui fil.ſint le-
gi.Ioann.Andr. in addi. Speculat. eo.tit.circa
prin.Nicol.de Vbald.in tract. de ſucceſſ.ab in
teſ.col.2.ad finem.Craue.conſ.166.n.9.demũ
que Bermond.loco citato ſub nu.3. vbi poſitis
tot requiſitis ad conſtituendam propriè con-
cubinam filioſque naturales,de quibus in con
trarium diximus, ſubdit quòd illa deciſio non
procedit ſecundùm Canoniſtas in c. niſi cum
84 pridem.de renunc.† vbi Ioannes Andr. dicit
quòd filii, qui naſcuntur ex muliere extra do-
mum retenta, licet propriè non dicatur concu
bina,tamen per ſubſequens matrimonium le-
gitimari poſſunt, & etiam per reſcriptum prin
cipis: quia per illud ſublatum uidetur impedi-
85 mentum ciuile.† dicitque quòd magis com-
muniter canoniſtis,quàm legiſtis eſt ſtandum,
& ideo ambiguitates legum canonibus reſol-
uũtur. vnde in materia canonũ nõ pudeat legi
ſtas, qui quamplurimum ſunt ſuperbi, conſu-
86 lere canoniſtam † Non omitto tamen, quòd
Ruinus conſi. 88.vol.3.conatur ad hunc com-
munem uſum loquendi reſpondere, dicens quod
probandus eſſet: nec enim verum eſt,quòd ſtã
dum ſit dicto Doctoris dicentis ſic eſſe com-
munem uſum loquendi, vel conſuetudinem,
iuxta not.per.Bal.in l.ſi quis.§.1. ff.de pigno.
in l.conſentaneum 5.oppo.C.quomo.& quan.
iud.in l.4.col.fi.C.de fideicõ.Caſtr.in l.Titia.
ff.de ſoluti.Aret.conſ.133.Alex.in l.poſt dotẽ
87 ff.ſol.ma.& conſ.5.uol.3.† ſed breuiter dico, quod
nec Baldus in locis allegatis id dicit, nec uera
eſt dicta concluſio.Immo Doctoribus atteſtã-
tibus de communi vſu loquendi credi debet
ſaltem quò ad præſumptionem, quæ transfert
onus probandi contrarium in aduerſarium,ut
tenet Dec. in l.2.§.1. col. fi.ff.ſi cer. pe. conſi.
420.col.fi.conſ.559.col.2.cõſ.611.circa fi.cõſ.
88 694.col.1.Cur.iun. cõſ.60.col.4. † quibus in
locis dicunt præfati Doctores,magis commu-
nem opi. eſſe pro Bartolo in l. de quibus. col.
8.in quarta quæſt.ff.de legib. quod credatur Do-
ctori atteſtanti de conſuetudine quò ad præ-
ſumptionem,licet non quò ad plenam proba-
tionem,& quòd ſtetur dictæ præſumptioni do
nec probetur contrarium,unde ſic de commu-
ni uſu loquendi dici dẽt.idemq; uoluit nouiſſi
mè Gozad. conſ.59.col.4.Soc.cõſ.252. col.8.
uerſ.4. eadem concluſio & conſil. 275. col.2.
uol.2.D. meus Riminal. conſ.539. nu.18. &
ibi dixi in apoſtill. Grat.reſpon.4.num.30. &
reſp.12.nu.59.uol. 1.Soc.iun.conſ.60.nu.10.
uol.2. & alios quàm plures cumulat Portius
Imolenſ. in regulis & communibus opin. re-
gula 24.lib.i.col.pen.& Antonius Gabriel. Ro
manus in ſuis concluſionibus. titulo de prob.
lib.1.concluſ.4.Cardin.Albanus in ſuis lucu-
brationibus ad Bar.in l.de quibus.nu.24.ff.de
89 legib.† & poſito quòd in aſſertione unius Do
ctoris tantùm(prout loquitur Bart. in dicta l.
de quibus) dubitari poſſet,tamen,ſtante dicto
tot Excel. Doctorum,quales fuerunt Bal.Butr.
Ioann. Andr. Nicol.de Vbald. Bertrand.Ca-
gnol.Crau.Bero.& Alciat.res uidetur eſſe ſine
dubio,per ea quę tradit Curt.conſi.74.col.24.
90 † dicens quòd communis uſus loquendi pro-
bari non debet,quando plures illuſtres Docto
res de illo teſtantur, ſequitur Crau. conſ.325.
col.2.Natta conſ.228. col.2. & Roland.a Val.
91 conſi.71.nu.23.vol.1.† Quod intelligo proba
ri non debere: quia præſumitur, niſi probetur
contrarium ex aduerſo,prout poteſt: quia nec
pluribus Doctoribus plenè creditur, ſicque de
bet intelligi Alex. in l.poſt dotem, nu. 29.ff.
ſol.ma.Are.conſ.132.in cauſa.Capicius deciſ.
176.nu. 23. Portius & Gabrielius locis citatis
qui dicunt eis in totum non credi: non enim
negant præſumptiuè credi, demumq; Cephal.
conſ.299.nu.22.qui citans Alexandrũ & alios
dicit eos nõ probare. & ſic intelligit de plena.
92 nõ aũt de prȩſumptiua probatione.† minus e-
tiam repugnat, quòd Doctores atteſtantes de
hoc communi uſu loquendi, de ſuis quidem
curiis teſtari potuerint. At de Ianuenſi nequa
quã,velut in ea nõ uerſati,vnde non eſt eis cre
dendum,quia communis uſus loquendi poteſt
eſſe in vno loco & non in alio.ut per Alex.cõſ.
5.col.pen.vol.4.ſicq; declarat Paris de Puteo
in tract.ſindica.ver.Doctor. Dec. conſil. 472.
col. 2. & Ioann. Duran. de arte teſtan. titu. 5.
93 caut.35.n.4.† Quoniam Doctores memorati,
qui